Egy űnő boryával 1. Girát.

Négy iuh 1. Girát.

Négy Diſznô 1 Girát.

Egy Kaczola, vemhe nélkűl 1. Girát.

Hijm vemhével penig 2. Gi:

Nőſtény vemhel Más-fęl Girát.

Egy nyerges Lô az ő árra ßerént bőcſűltetik.

ISTA MENSVRA, SEdecies ſumpta, facit unam menſuram, ſive ulnam Regalem.

ITEM, unum jugerum terrę arabilis aut ſylvę, Regalis menſurę, continet in ſua lõgitudine, ſeptuaginta duas: in latitudine verò duodecim mẽſuras, ſeu ulnas Regales.

ITEM, unum aratrum continet in ſe centum & quinquaginta jugera terrarum, Regalis menſuræ in æſtimatione rerum.

DE IVMENTORVM æſtimatione.

NOtandum, quòd unus bos non claudus, vel aliter non deſtructus, ad M. I.

Duæ vaccæ ſine vitulis, ad M. I.

Vna vacca cum vitulo, ad M. I.

Quatuor oves, ad M. I.

Quatuor porci, ad M. I.

Caballa ſine poledro, ad M. I.

Cũ poledro maſculo, ad M. II.

Cum poledro fœmineo, ad M. unam cum media.

Equus ſellatus, ſecundum valorem ejus æſtimatur.

QVOT MODIS, ET quibus reſpectibus, æſtimationes bonorum & rerum fiant?

TITVLVS CXXXIV.

SCiendum ulterius, quòd præmiſſa bonorum mobilium, & immobilium, æſtimatio diverſis modis, diverſiſq; reſpectibus fieri conſuevit.

PRIMO quidem, ad ſolutionem onerum judicialium, quæ cõmuni & uſitato vocabulo Birſagia nuncupatur, & in illis, tàm jumenta, quàm etiam terrę & jura poſſeſſionaria, juxta limitationem præſcriptam, æſtimari pariter & acceptari debent.

SECVNDO, in Quartalitiorũ, & jurium Impignoratitiorum, ſolutione ac bonorum per ſententiã capitalem, vel emendæ capitis occupandorum redẽptione, in qua (jumentis excluſis) tamẽ caſtra ac curiæ Nobilitares, & ſeſſiones Iobagionales, populoſę, deſertæque, & prædiales, quam etiã terræ, ſylvæ, virgulta, prata, piſcinę, molendina, fontes, clauſtra, monaſteria, & Ec-

HANY MODON, ES mire tekintve, legyen az iôßágnak és egyéb marhának bôcſûie?

CXXXIIII. TIT:

TOvábba ezt-is tudnunk kel, hogy az fellyûl megh mondot marhának és iôßágnak, bôcſûie, ſok kûlômbképpen, és kûlômb tekéntetbôl ſokot lennie.

Mert ELSÔBEN, az ſékeſſinén való maratſágban, mellyet kôzônſęgeſen nyelvûnken Birſágnak mondunk, meg fizetéſęben, mind az Barmot, mind ſânió ſôldeket, mind egyéb iôßágot avagy ôrôkſęget, ez fellyûl meg mondot intezés ſerént, illik el bôcſûllenî és ſâmban bê venni.

MASODSZOR, Leány Negyednek, és Zálagos iôßágnak, megh fizetéſében, Capitalis ſententiaért, avagy fô váltſágért, el foglalandô iôßágoknak ki váltáſában, melyben (ki vêvén az barmot) minden iôßágok, ôrôkſęgek, Várak, Nemes udvarok, iobbágy ûléſek, kikben emberek laknak, mig puſztâk, maiorok, minden hozzâ tartozôckal egyetemben, ſôt ſôldek, erdôk cſerék, ſéna rétek, halas-tók, malmok, kûnok, klaſtromok, monoſtorok, és

Egy-

Egy-hâzak: ezeknek îövedelmét: gyümölcs kerteket, vízeknek és tannyaknak hellyét: és kőzönségesképen minden hozzá tartozóckal egyetemben, az megh mondot köz bőcsű szerént, kel bőcsülni és el venni. De az szántó földeket, és széna réteket, mellyek az lakós iobbágy ůléshez valók, azon-képpen az irtot szántó földeket, és széna réteket, mellyek kiváltképpen az parasti népeké, és nem az iobbágy ůléshez valók, meg nem bőcsűltetnek. Es ez bőcsűlés szerént lésen, az leány Negyednek-is, és az zálagos iobbágnak való megh váltásának fizetése. Vgyan ezen értetik, és ezenképpen fizettetik ki, az idegen ember az ollyan iobbágból, mellyet az attya-fiak ellen törvénytelenül és módnélkül el idegenittették.

& Eccleſiæ: nec non tributa, pomaria, ſagenarum q; & clauſurarũ loca: & generaliter omnes pertinentiæ jurium poſſeſsionariorum æſtimandorum, modo prædeclarato taxantur. Terræ tamen arabiles, & prata, ad ſeſsiones Iobagionales populoſas ſpectantes, & pertinentia (demptis terris & pratis extirpatitiis, quæ colonos propriè concernunt, & non ad ſeſsiones pertinent) non æſtimantur: & tandẽ ſecundum hujuſmodi æſtimationis quantitatem, ſolutio Quartalitiorum, & jurium Impignoratitiorum, fieri debebit. Et hoc idẽ eſt etiam de jurib⁹ poſſeſsionarijs, in præjudicium fratrum, vel aliter indebitè venditis, intelligendum atq; tenendum.

HARMADSZOR, Iegy-rubának megh fizetésében, csak az Nemes udvarok, lakós iobbágy ůlések, puſztak, maiorok, mellyek az tőb iobbágy ůlésnek rendiben vadnak, bőcsűltetnek meg, és az falu derekán kűvűl semmi meg nem bőcsűltetik:

TERTIO, in Dotalitiorum reſtitutione, in qua ſolum modo curiæ Nobilitares ac ſeſsiones Iobagionales populoſæ & deſertæ, atq; prædiales, in ordine aliarum ſeſsionũ ſitæ æſtimantur, & extra corpus poſſeſsionis, nulla in hac parte æſtimatio admittitur: & demum juxta ejuſcemodi poſſeſsionariæ æſti-

Part. 1. Tit. 9. & 93.

estimationis seriem, restitutio Dotalitiorum, partim pecuniis paratis, partim verò rebus mobilibus, etiam jumentis inclusis, fieri solet, Iuxta verum præcium aliorum, prout videlicet in foro vendi possent, acceptari debebunt.

Pars 1. Tit. 29. 67. 98. & 134.

HOC tamen advertendum est, quòd si qua mulierũ, mortuo marito suo, in bonis ac juribus ejusdẽ mariti possessionarijs, titulum & nomen ipsius ferendo, vita sibi comite permanere voluerit: & filius vel frater, aut alter successor ejusdem mariti legitimus, ipsi mulieri, ad quantitatem & valorẽ dotalitij sui, jura aliqua possessionaria, vita ejusdem durante, possidenda & utẽda sequestrare excidereq́; & dare decreverit: tunc in tali casu, nõ solùm curię nobilitares, sessioneq́; Iobagionales, populoę & desertę, ac prædiales: sed etiam extra villã terræ, sylvæ, pomaria ac fœnilia, & molendina, quę mulieri dabuntur, prout in Quartalitiorum solutione æstimabuntur, & tantum duntaxat sibi de juribus illis possessionarijs, quantum se ad valorẽ ipsi⁹ Dotalitij sui extendet, deputabitur, utendum atq́; possidendum.

Par. 1. Tit. 29 & 95.

tetik: Az illyen bõcsũ szerént fizetődik megh az iegy-ruha, rèß szerènt kéz pénzel, rèß szerènt ingo marhával, az barmotis oda számlálván, az ô igaz árra szerènt az mint az vásárt el kelne.

Továbba erre-is kel vigyázunk, hogy ha valamely asszonyi-állat, Vra hólta után, Vra iószágaban megh akar maradni, és élteig Vrának nevét akaria viselni: tehát az fia vagy az Vrának az atya-fia, avagy ezek után az kit az iószág illetne, az asszonnak iegy-ruhái szerént való iószágot akarand szakasztani: kiből az asszony hóltaig élhessen: tehát nem csak az udvarházakat, iobbágy széleket, pusztakat és lakosokat, és maiorhellyeket, de még az falun kívül való hellyeketis, ugy-mint földeket, erdőket, gyümölcs kerteket, kaszáló réteket, és malmokat, mellyeket az asszonnak akar adni, szintén ugy kel megh bõcsülni, mint az leány Negyednek ki fizetésében, és az iegy-ruha értéke szerént adatik élni és birni.

QVAR-

NEGYEDSZER, adóságokban és károknak, egy summában fel számlálván, és nevezetessen mellyet megh írnak: Annak felette patvar terhének le tételében, nyelv váltságban, Király Széknek és Vármegye Szék tőrésnek maratságában, az mit fizetnek, az ingo és el adó marhák, az ő igaz árra szerént: és nem ez felyűl megh mondot intezés szerént bőcsűltetnek.

QVARTO, in solutione debitorum, & refusione damnorum, summariè computatorum, vel specificè denotatorum, Præterea in depositione oneris facti calumnię, ac emendæ linguæ, & violatione sedis judiciariæ Regię majestatis, ac Comitum parochialium, quorũlibet comitatuum, & alijs ejuscemodi causis ac casib⁹, in quib⁹ pari modo res mobiles & venales, iuxta verum earum valorem: & non secundum limitationem præexpressam acceptantur. Par. 2. Tit. 60. 72. & 69.

ŐTŐDSZŐR, és Vtólsor, Határ-járásban és igazításban, az kőz bőcsel szoktanak élni. Ennek kedig ez végső móddal, csak illyen tekintetből, és ennek-okáért mennek az bőcsűre, hogy az földek, erdők, berkek, vagy rétek, vagy hegyek, az mellyen az peressek nem alkalmának: avagy az földőt forogna az per, hogy valahány Girára számláltatik az peres hely, annyi magával, Nemes emberecskel, vegye el, és tegye övéie, az kinek hitet itil az Birő akar földet, erdőt, cserét, mezőt vagy hegyet ugy tulaydonitson magának,

QVINTO & ultimo, in metarum Reambulationibus, & Rectificationibus, æstimatio communis fieri solet. Hoc tamen ultimo modo, eo solum respectu æstimatio celebrari consuevit, ut terræ, sylvæ, virgultaq; , vel prata, aut promontoria, quæ inter causantes in lite manebunt, ad quot Marcas sese extendere videbuntur, cum tot Nobilib⁹ hujusmodi terras, sylvas, virgulta, prataq; vel promontoria, ille, cui juramentum, per judicem præstandum deponendumq; adjudicabitur pro se, & juri suo appropriare vendicareq; valeat atq; possit.

EZ DECRETVM ELSŐ részének Vége.

FINIS PARTIS PRIMAE.

DE SECVNDA PARTE IVRIVM ET Consuetudinum Regni in generali.

TITVLVS I.

POSTQVAM favente Deo, de Principalibus rebus, jurium scilicet possessionariorum Donationibus, earumq; speciebus, nec non bonorum Divisionibus, Venditionib⁹, Impignorationib⁹, Metarum distinctionibus, Dotalitiorum & Quartalitiorum solutionibus, & alijs ad ea spectantibus & annexis quibus utpote omnium Dñorum, Prælatorum, ac Baronum, Magnatumq; & Nobilium, fundatur exordium, fulciturq; Dominium, succinctè dictum est: In hac jam SECVNDA parte hujus opusculi, de causarum & litiũ processibus & executionibus, ac sententiarum super his ferendarũ serie disserendum restat. Sed antequam ad materiã specialem hujus partis explanandam veniam, quia constitutio Regni hujus plerunq; interseri debebit. Ideò in generali quali-

AZ ORSZAGNAK TŐRVENYEnek és ßokásának, Második réßéröl közönsęgessen.

I. TITVLVS.

MInek utánna Istennek segitsęgéböl rövideden ßöllánk, ez Decretumban való fő dolgokról, ugy mint ióßágoknak el aiándekozásáról, az fęle Donatióknak réßeiről, az ióßágnak meg oßtássáról, őrök árron való el adásáról, zalagositásáról, határ iárásáról, és leányi negyednek ki fizetéfęről, és ez felékhez tartozandó dolgokról, mellyeknek, tudni illik minden Vraknak, Pap, Szabad, Záßlós és Nagyságos Vraknak és Nemesseknek eredeti véßen fundamentomot, és ezek által Vrságokat biriák álhatatosson. Immár ez könyvecskének második réßében, ßöllok az törvény és az pőr folyássáról, és igaz tételéről, és ez felékről, minémű rendbéli Sententia kellyen. De minek előtte az második könyvnek kiváltképpen való magyarázására mennék. Mivel-hogy az Orßág végezéfęt irásomnak rendiben, gyakor hellyen kel emlitenem,

azo-

azokaert rövideden, elößör arról írok, az Orßág és Feiedelem közönsęges végezésit, hogy kellyen érteni. Továbba az mi ßokásunk, vagy iratlan törvényünk, kivel mostani időben közönsęgesen élünk, honnat ßármazot legyen.

qualiter constitutio seu generale Decretum Principis, & Regni, interprætari debeat: Præterea unde consuetudo nostra, seu Lex non scripta (qua hoc tempore comuniter utimur) initium & originem sumat, breviter præmittam.

AZ KÖZÖNSEGES Decretomot, az Orßág és az Feiedelem végezésęt, hány képpen kel érteni?

II. TITVLVS.

AZokáért az Fejedelem ßerzésęt, és az Orßág végezésęt (it ez hellyen az mint forog) négy-képpen vehettyük eßünkben. Mert némely végezés, az utánna való végezést, tellyessęggel semmivé téßi, és mindenestöl megh veti: Némellyet az utólsó végezés réß ßerént fel bont, réß ßerént penig ióvá hadgya: Némelyröl penig az után semmit nem ßóltak, sem nem végeztek, némellyet penig uñolag végeztek. Azért az tellyessęggel semmivé tőt, végezésben, az ůdőre kel tekinteni, mikorban vetettek megh (ugy-mint az Nador Ispánnak, akar az Orßág bitáiának itiletit, fel kiáltot gyűlést, bay viadal törvényét, és az törvényre háromßor való ki kiáltást. Mert ez

QVOT MODIS GEnerale Decretum intelligatur?

TITVLVS II.

COnstitutiones igitur Principum, sive Decreta Regni, quatuor modis (prout occurrit) considerari possunt. Quędã enim constitutiones sunt ex toto per posteriores abrogatæ, simpliciterq; revocatæ. Aliæ verò partim abolitę, partim approbatæ. Quædam autem silentio præteritæ, & quędam introductæ. In his igitur constitutionibus, quæ ex toto sunt deletæ (sicuti judicium Palatinale, Proclamata congregatio, Iudicium duelli, & Trineforensis proclamatio) attendendum est tempus abolitionis. Quia futuris & non præteritis causis ac negocijs, videntur

Prol. 8. Par: 2. T. 3. 6 8. Par. 3. T. 2

legem imponere: ita quòd de cætero non fiant hujusmodi judicia Palatinalia, & Duellorum dimicationes, neq; proclamatæ congregationes & Trineforenses proclamationes celebrentur. In causis tamen, vigore earundem inchoatis, servari debet modus pristinus: Quo ipsæ causæ inchoatæ fuisse dignoscuntur: non quantum ad earum iterum celebrationem, sed quo ad processum ipsarum observationem. Secus esset, si per verba in eadem constitutione posita & conscripta, leges ac constitutiones hujusmodi traherentur etiam ad præterita. Nam simpliciter constitutiones (ut immediatè prætactum est) non ad præterita, sed futura ligant.

SECVNDO verò, quando scilicet partim sunt approbatæ, partim verò abolitæ, innitendum & incumbendum est formis verborum, in ipsis constitutionibus & decretis positorum, ut approbata serventur: abolita autem rejiciantur, & non observentur.

TERTIO, quoniam priores leges

fęle végezés, nem el múlt pereknek, hanem követközendőknek ßab törvént: ugy hogy ez után meg ne tartassęk, hanem le tétessęk affęle Nádor Ispánnak itileti, se ne legyen bay vivás, se fel kiáltot gyűlés, sem penig az törvényre háromßor való ki kiáltás. De azért ez fęle régi végezések ereiével indult perekben, az régi módot kel meg tartani, melyben az pőr kezdettet vólt: nem ez okon, hogy ez után-is azon törvénnyel kellene élni, hanem hogy az mennyiben az régi mód ßerént indult vólt valamely pőr, azon régi ßerzet folyasa ßerént mennyen véghőz. Külőmben vólna ackor az dolog, mikoron azon végezésben ki feießték és magyaran meg irták vólna, hogy effęle törvény és ßerzés, az el mult dolgokra-is ßólgállyon. Mert az mint fellyűl is mondók, minden végezés, az ő tulaydonsaga ßerént, nem az el mult hanem az iővendő dolgokra kötelez bennűnket.

MASODSZOR penig, mikor az régi végezést, réß ßerént hellyén, és ereiében hadták, de réß ßerént le tőtték, affęle végezésnek bőtű ßerént való magyarságát, és értelmét iól meg kel érteni, hogy az mennyiben irva hadgyák, annyi réßeben megh tarcsák, az mennyiben le tőttek penigh, annyi réßében senki meg ne tarcsa.

HARMADSZOR, az hól az régi

régi tőrvény vagy végezés felől, az kiſſeb végezésben ſemmi emlekezet nincsen, hogy avagy hellyén hadták vólna, avagy megh változtatták vólna az utólſó végezésben. Tehát akkor az régi tőrvény ereiében marad, hogy ha az kőſſég affele tőrvény ellen ſokáſiban megh nem rógzőt: Mert az nyil ván és ſünielen való közönſéges ſockás gyakorta fel bontya az tőrvényt.

NEGYEDSZER, mikor uy tőrvént adnak ki, az ſerént kel tőrvént is tenni, akar ſullyosb, akar engedelmesb legyen, az elsö ſerzéſnél. Mert immár hogy ki adták, ſenki nem ſólhat, ſ. itiletet ſem tehet affelől, iólé vagy gonoſúl ſerzették legyen: hanem ugyan csak az ki adot ſerzés ſerént kel tőrvént ſólgáltatni.

leges vel conſtitutiones, fuerint ſilentio prætermiſſæ, ſic quod nulla mentio habeatur de prioribus per poſteriores, ſuper variatione vel imutatione earundem. Tunc priores leges vigorem habere dignoſcuntur, ſi contrarius uſus populi illis non prejudicaverit. Nam uſus realis & continuus, ſepè tollit legē.

QVARTO verò, dum videlicet novæ leges fuerint introductę, Tunc ſecundum illas oportebit judicare: ſive ſint efficaces, ſive mitiores prioribus. Iam enim nō poterit judicari, quòd benè vel malè fuiſſent conſtitutæ: ſed ſecundum ipſas oportebit judicare.

KIK SZEREZHETnek tőrvényt és végezéſt.

III. TITVLVS.

DE it egy kérdéſt kel megh feytenünk. Tudni illik, ha az Feiedelem önnön magától, ſerezhet tőrvént avagy végezéſt: Avagy fükſég legyen hogy az kőſſégnek értelme is hozzá iárúllyon. Holot ezt kel megh értenünk, hogy

QVI POSSINT CONdere Leges & Statuta.

TITVLVS III.

SED quæſtio occurrit pertractanda. Vtrum Princeps per ſe poſsit condere leges ac ſtatuta: an opus ſit, ut populi quoq; accedat conſenſus? VNDE advertendum, quòd quamvis olim populꝰ iſte Hungarorum, dum adhuc ritu *Prol. 6. 13. Par. 3 T. 2.*

viveret gentilium, & non Regem, sed Ducem, ac Capitaneos haberet directores: omnis potestas cõdendę legis & constitutionis, apud eos fuerit. Verùm, posteaquam ad fidem Catholicam sunt conversi, & Regem sponte sibiip sis elegerunt, tàm condendæ legis, quàm etiã cujuslibet possessionariæ collationis, atq; omnis judiciariæ potestatis facultas, in juriſditionem sacræ Regni hujus Coronæ, quâ cuncti Reges Hungariæ coronari solent, & subsequenter Principem ac Regem nostrum, legitimè constitutum, simul cum imperio & regimine translata est: & sic postea Reges ipsi, convocato interrogatoq; populo, constitutiones facere cœperunt: prout & temporibus nostris fieri consuevit.

Attamen Princeps, proprio motu, & absolutè, potissimùm super rebus juri Divino & naturali præjudicantibus, atq; etiam vetustæ libertati totius Hungaricæ gentis derogantibus, constitutiones facere non potest: sed accersito interrogatoq; populo, si eis tales leges

hogy noha mikor még régen ez az Magyar nemzet az pogánok módgya szerént élne, és nem Királyok, hanem hadnagyok és Capitányok vôlt, azok igazgattàk ôket: és minden tôrvény és végezés szerzésre ezeknek vôlt hatalmok. De minek utánna az keresztyêni hitre tértenek, és szabad akaratyokból ô magoknak Királyt választanának vólna, mind tôrvény szerzésnek, mind akar mi iószág el adásának szabadsága, és minden tôrvénybéli hatalom, szállot az szent Koronának méltóságára, mellyel minden Magyar Országi Király szokták meg Koronázni, az az, az mi tôrvény szerént való Feiedelmünkre, és Királyunkra szállot az birodalom, az gond-viselésſel egyetemben: Es ez ûdôtôl fogván az Királyok az ország népét ôssze gyûitvén, és tetczését megh kérdvén, kezdettek végezést szerzeni, mint az mi idônkben-is szokot lenni.

Az Feiedelem mind azonáltal, csak ô maga indulatyából, és feiétôl, (ielesben oly dologban ki az Isten, és az természet tôrvénye ellen lenne, avagy az Magyar nemzet régi szabadsága ellen vólna,) semmit nem szerezhet, és nem végezhet: hanem az Ország népét bé kel hini, és megh kel kérdeni, ha az ſgle végezés, vagy

tôr-

törvény, tetczikè nékik avagy nem? Es ha az Orßág felel, hogy tetczik, az után az fęle végezést, törvény gyanánt kel meg tartani (de ugy hogy az Istennek és az terméßet törvényének mindenkor helye légyen) Gyakran penig az Orßág népe köz akarattal végez valami közönsęges haßonra való dolgot, és irva bé adgya, az Feiedelemnek, könyörögvén, hoǵ az ö végezésęt, törvény gyanánt engedgye meg néki. Es ha az Feiedelem affęle végezést iovallya, és hellyén hadgya, tehát hasonlatosképpen az fęlének-is törvény ßerént való ereie léßen, és mindgyárást valóban, törvény gyanánt meg kel tartani. Mind az által ez fęle iedzést, nem az kössęg, hanem sáiát az Feiedelem végezésęnek mondgyuk, ez okon, mert ha az Király minden-képpen nem iavallotta, és hellyén nem hatta, és meg nem Confirmálta vólna, az kössęg végezésęnek ö magától semmi ereie nem vólna. De azért közönsęges nével affęle iedzést, gyakorta Orßág-Decretomának és végezésęnek ßoktuk hini és nevezni.

ges placeant, an non? Qui cum responderint: Quòd sic: Tales postea sanctiones (salvo semper Divino, naturaliq; jure) pro legibus observantur. Plerunq; autem & populus ipse nonnulla, quę ad publicum bonum cōducere arbitratur, unanimi consensu decernit, in scriptisq; Principi porrigit, supplicans, super illis leges sibi statui. Et si Princeps ipse ejuscemodi sanctiones acceptaverit, & approbaverit: tunc vim legis pari modo sortiuntur. Et de facto pro legibus reputantur. Quæ tamen omnia, specialiter Principis, & non populi statuta nuncupantur: Eò, quòd nisi utroq; modo Principis accederet consens⁹ & confirmatio, nullius censeretur firmitatis ipsa constitutio. Verùm generali nomine constitutiones ipsæ, sæpenumero Regni decreta vocitantur.

AZ NEPNEK ES kössęgnek nevezetin kiket kel érteni?

IIII. TITVLVS.

QVI NOMINE POPVLI, & qui nomine plebis intelligantur.

TITVLVS IIII.

Az

No-

NOmine autem & appellatione populi, hoc in loco intellige solummodo Dominos, Prælatos, Barones, & alios Magnates, atque quoslibet Nobiles: sed non ignobiles: licet iste terminus populus, includat omnes Nobiles & ignobiles pariter. De ignobilib⁹ tamen, (qui plebis nomine intelliguntur) in hac parte nihil est ad propositũ.

Populus enim eo differt à plebe, quo species à genere. Nam appellatione populi, universi Nobiles, tàm Magnates quàm inferiores, etiam ignobilibus computatis, significantur. Plebis autem nominatione, soli ignobiles intelliguntur.

AZ Népnek nevezetin itt ez hellyen êrcsed csak az Orßágbéli Vrakat, Pap Vrakat, Zaßlós és egyéb Nagyságos Vrakat, és akar mely Nemesseket, de nem az nemteleneket avagy paraßtokat: néha ez ige NEP, mind Nemesseket, mind penig azokat kiknek nincsen Nemessęgek bé foglal, de az, azokra kik nem Nemessek, ez mostani dolog semmit nem néz, (mint hogy azokat az kőssęg nevezetin érttyűk) Mert az Nép annyit kűlőmbőz az kőssęgtől, mennyit kűlőmbőz valamely egéß dolog, az réß ßerént való dologtól. Mert az Népnek nevezetin érttyűk minden Nemesseket, Nagyságossokat, és męg egyéb renden valókat-is, męg azokat-is, kik nem Nemes emberek oda ßámlálván. De az kőssęgnek nevezetin, csak az nemtelen paraßtokat ßoktuk érteni.

QVOS LIGANT CONstitutiones & statuta?

TITVLVS V.

VLTERIVS si quæratur, Quos ligant constitutiones & decreta? Sciendum quòd primò li-

AZ KIRALY SZERzésęre, és az Orßág végezésęre, kik legyenek kőtelesek?

V. TITVLVS.

TOvábba ha valaki kérdi, az ßerzés és az végezés kiket kőtelezzen megh; tudni való dolog, hogy elsőben az Feiedelmet, kőtelezi meg,

meg, holot az végezést, az népnek ki vánsága szerént, ő szerzete, amaz példa beszéd szerént: *Engedgy ugy mond az törvénnek, kit te magad töttél.* De külömben kel érteni az Romai fő Pápa és az Cſászár felől, kik felől semmi emlekezetet nem tészünk it. Annak felette minden Feiedelem birtoka alat valók kötelesek az szerzésnek meg tartására, sőt nem csak azok, hanem meg akar mi idegen ember-is, a ki ez Országban lakik. De azért, ha az közönséges végezést ugy szerzették vólna, hogy az ki nékie nem engedne, annak büntetése és kára következnek, tehát ackor az más Országi, és idegen embereknek három hólnapíglan való haladékot enged az törvény, az üdő alat ug meg ércsęk az Ország végezésęt, mint ha ő köztök-is ki hirdették vólna. Mint példának okáért: Ha illyen végezés lenne, hog Bécsiek vagy Baraszlaňak, avagy egyéb külső népek közzül, senki feie iószága veszése alat, az Magyar Országi szokot sokadalmokra, ne merien iőni árúiával, avagy egy fólt ökret, nyai iuhot, akar egy Ló ménest, ez Országból ki ne merien haytani, tehát az három hólnap alat, ha szinte meg kapnának valami kövül való embert, hogy az végezés ellen cselekedet vólna, mind az által méltán törvény szerént, sem megh nem büntethetnék, sem marháiában megh

mò ligant ipsum Principem, qui eas populo postulante ædidit. Iuxta illud, *Patere legem, quam tuleris ipse.* Secus est de sum̃o Pontifice, & Romanorum Imperatore sentiendum, de quibus nulla in hac parte notatur mentio. Deinde ligant omnes jurisditioni Principis subjectos. Et non solum illos, sed etiam quoscunq; forenses in hoc Regno degentes. Verùm, si constitutio generalis tenderet ad pœnam vel damnum: tunc forensibus dantur indutiæ trium mensium, ut hoc tempus sit eis pro publicatione statutorum.

Verbi gratia: Si decerneretur, & constitueretur, Quòd nemo Viennensium, aut Vratislaviensium, vel aliorum forensium (sub amissione capitis & omnium bonorum suorum) ad nundinas in hoc Regno Hungariæ celebrari consuetas, cum mercibus suis venire, vel oves, boves & equos gregatim de Regno expellere & abigere auderet: tunc infra trium mensium spatium, si etiam deprehenderetur ta-

lis forensis, de jure plecti, vel rebus suis spoliari non posset. Quia ipsum ignorantia, & non publicatio statutorum excusaret. SI AVTEM non esset pœnalis vel damnosa, sed juris alicujus aut judicij medela, vel prosecutionis causæ modus: tunc forensib⁹ unic⁹ mensis assignatur. Interius verò cujuscunq; status, dignitatis, & conditionis existant, sufficit temp⁹ provulgationis statutorum: & hoc modo nec intranei, nec forenses excusantur. Namq;

Cum fueris Romæ Romano vivito more.

nem ka rosithatnák: mert ötet az ö tudatlansága, hogy nem értette vólna, az végezésnek ki adását meg mentené. Ha penig az közönsęges ßerzésben bűntetést avagy kárt be nem irták vólna, hanem az ßokot törvénnek és itiletnek meg iobbitását, vaǵ törvény follyásának módgyát nézne, tehát abban az kivűl valóknak egy hólnapot teßnek, az itben valóknak penig akar mi állapat és méltoságban valók legyenek, igaz elég az végezés ki hirdetésęnek ideie, hogy minden ember ahoz tarcsa magát, és ezképpen, sem az kivűl valók sem az Orßág népe, magának mentsęget nem vehet, hoǵ nem értette vólna, mert azt ßokták mondani:

Hogy mikor Romában vagy, Romai módon ély.

VNDE TRAXERIT originem consuetudo nostra, in judicijs observanda?

TITVLVS VI.

SCiendum secundò, quòd quanquam omnia ferè jura Regni huj⁹ originaliter ex Pontificij Cæsareiq; juris fontibus progressum habeant: municipalis tamen hæc nostra consuetudo, qua in judiciis modo generali utimur, ex tribus fundamentis constat.

PRIMO

HONNAT VÖT LEgyen eredetet, az mi törvénnyűnkbéli ßokkásunk?

VI. TITVLVS.

TVdnia illik másodßor, hogy noha ez Orßágnak, mayd minden törvénye, az Romai és Csáßári törvénynek kút-feiéből ßármazot, de mind az által az mi Orßágunkbéli közönsęges ßokásunkat, három fundamentombol vettűk.

Elô-

Előßőr, az Orßág közönſęges végezéſſęből és ßerzéſſęből.

Máſodßor, az Királlyoknak Privilegiomokból.

Harmadßor, az Orßág rendelt Birainak Sententiaiokból.

ELŐSZŐR, mondám hogy az Orßág közönſéges végezéſęből, kinek eredetit, hogy méllyebben megh mondgyam, eßünkben kel vennünk, hogy mindeneknek előtte, amaz mi diesiretes elſő Királyunk és Apoſtolunk, az bóldog emlekezetű Sz: ISTVAN Király (ki az Magyari Királlyok közőt elſőb, és főb vólt, és ki az Magyar nemzetet az ßentſęges hitnek világoſſágára teritette) ieles végezéſt ßerzet, mely mind az által az kereßtyéni hitnek elſő fundamentomának tanitáſára és megh értéſęre inkáb ßólgál, hogy nem mint az törvényre való perpatvarkodáſra. Annak utánna az mi ßentſęges LASZLO Királ; és Confeſſorunk, ki az ö ßablyaiával Dalmatiát, és az tenger mellyékét Magyar Orßághoz hayta, és ki az Tatár nemzetet, ki Magyar Orßág határit gyakorta bé ütéſſel ßokta vala háborgatni, ßemben való viadallal meg rontá, és ez Orßág határiból ki kergeté, és futva ßalaßta őket, ieles ió törvényeket ßerzet. Annak utánna az győzhetetlen AN-

PRIMO, ex conſtitutionibus & decretis publicis.

SECVNDO autem ex Principum privilegiis.

TERTIO verò ex judicum ordinariorum Regni ſententiis.

PRIMO (inquam) ex conſtitutionibus publicis, cujus rei ut origo altius repetatur, advertendum eſt, quòd primus omnium glorioſus ille Rex, & Apoſtolus noſter beatus STEPHANVS (primitias Regum Hungariæ qui tulit, quiq́; ad ſacrę fidei lumen gentem Hungaricam convertit) præclaras ędidit conſtitutiones, fidei tamen magis rudimenta, quàm litium fomenta, præ ſe ferentes & declarantes. Deinde Sanctiſsimus Rex, & Confeſſor noſter LADISLAVS, qui gladio ſuo Dalmatiam, partesq́ue maritimas, Regno Hungariæ ſubjecit, quiq́ue gentem Tartaricam, fines Hungarorum crebris incurſionibus invadere conſuetã, aperto Marte ſæpè conterens, ab hujus Regni finibus procul amovit, pedemq́; longè referre coêgit, leges optimas conſtituit. Invictiſ-

ſim⁹ poſtea Rex ANDREAS tertij BELÆ Regis filius, ac beatæ ELISABETH viduę genitor, quē nos Hieroſolymitanū vocitam⁹, poſt fœlicem, ab expeditione Hieroſolymitana, quā pro ſacrę fidei Catholicæ defenſione, adverſus Saracenos ingenti Hungarorum cum exercitu ſuſceperat: reditum, ſuper Nobilium præſertim im̄unitate ac pręrogativis libertatib⁹, egregias ſanctiones pręclarataq́; decreta ſtabilivit, quæ uſq́; in præſētem diem gens Hungarica, tāquā ſacra decreta, ad uſq́; ſydera tollit. Demum excellentiſsimi Principes Dñi, LVDOVICVS, SIGISMVNDVS, ALBERTVS, & MATHIAS, Reges Hungariæ, temporibus ſuis, certas pari modo conſtitutiones fecerunt. Noviſſimè etiam ſereniſsimus Dominus noſter modernus Rex LADISLAVS, non minus cæteris præſtantiores leges condidit, cujus memoria laudabilis apud Hungaros in benedictione ſemper erit. Et licet hujuſmodi conſtitutiones ac leges præſertim ſanctorum STEPHANI & LADISLAI Regum,

ANDRAS Király-is, az harmad BELA Király fia, és az ſzentſęges özvegy ERSEBET Aſzonnak attya (kit mi Ieruſalemi ANDRAS Királynak hivunk) az ő Ieruſalembéli hadából való győzedelmes haza iövetele után (mellyet ő az Kereſztyéni hitnek óltalmáért az Aſiában és Syriában lakó Törökök ellen, az Magyarockal inditot vala) ielesben az Nemeſſek ſzabadſágáról, és méltoſága felől, ieles articuluſokat, és Decretomat ſzerzet, mellyet ez mai napig az Magyar nemzet, többire mint ſzent Decretomot és végezéſt felette igen dicſir, és az éghben fel magaſztallya; végezetre az felſęges Királyok-is LAIOS, SIGMOND, ALBERT, és MATTYAS Király, az ő ideiekben haſonlatosképpen bizonyos ſzerzéſeket ſzerzettenek.

Végtére penigh az mi moſtani kegyelmes Vrunk LASZLO Király-is nem aláb való törvényeket ſzerzet az tőb Királyoknál, kinek emlekezeti az Magyaroknál meg marad, és mindenkor áldásban léſzen. Es iöllehet ezfęle régi ſzerzeſek, és törvények, ielesben az Sz: ISTVAN és LASZLO Király törvényit (kiket az ſzentek közzé mélián

ſzám-

ßámlálták és írták bé) az felettéb való régiſęg miat mayd erőtlenek kezdettek lennie. De miért hogy ők annélkül-is az Iſten tőrvényéről írtak inkáb, hogy nem mint ez világi tőrvénye felől, és az utánnok való Királyok Decretumokat-is, bizonyos czickelyekben és réßekben megh-is váltoßtatták, és külömben rendelték, végezték felőle. Mind az által nyilván vagyon, hogy minden ßentſęges Királyok végezéſęből, hoßßú ideig való ßokás által iőt bé, valamely tőrvény, kivel ßoktunk élni, mellyel immár ßáz eßtendőnél tőb ůdőtől fogván ugyan tőrvény gyanánt élünk.

MASODSZOR azért az mi ßokot Tőrvényünknek az Feiedelmek Privilegiomiból, és ki adot ok leveleiből lőt eredeti, mely privilegiomokat mikor az ßükſęg kévánnya, és az peresek Tőrvény eleiben hozták, és gyakorta megh-is olvaſták vólna, és az Birák-is értvén, (okoſſágockal-is meg tapaßtalván) hogy iől és igazán adták vólna ki, ők-is iovallották: Ezfęle tőrvénybéli levél olvaſáſa és gyakorláſa által az mi ßokot tőrvényünknek nagyob réßében, ugy igazodtanak el az Birák.

HARMADSZOR, és utólßor penig az Orßág Birainak ſententiáiból, és egy-nehány ütal

való

qui Cathalogo Sanctorum aſcribi dignè meruerunt, vetuſtate nimia jam penè ſint abolitæ. Qui cum & alioquin magis de divina, quàm humana lege tractaſſe dignoſcantur, reliquorumq́; ſubſequentium Regum decreta, in certis clauſulis & articulis mutata variataq́, habeantur: tamen ex omnium ferè ipſorum Divorum Regum conſtitutionibus, per longum uſum aliquid legis in conſuetudinem noſtram, plus quàm per centum annos jam approbatam, derivatum traductumq́; eſſe dignoſcitur.

SECVNDO, ex Principum privilegijs conſuetudo noſtra proceſsit, quæ cum ſæpè rebus ita expoſcentibus, in judicio producta legerentur, & honeſtè juſtèq́; (dictante ratione) ædita & confecta fuiſſe approbarentur, longum per ejuſcemodi judiciarium exercitium, certa pars noſtræ conſuetudinis progreſſum habuit.

TERTIO verò & ultimo, ex Iudicum ordinariorum Regni ſẽtentijs, literisq́; Adjudicatorijs ite-

 ratis,

ratis, imò pluribus vicibus, uno & eodem ordine, ac modo processuque latis & confectis, ac executione juridica roboratis, consuetudo ipsa emanavit. Verum tamen, processus iste judiciarius, & usus processuum, quem in causis inchoandis, prosequendis, discutiendis, & terminandis, observabimus, regnante ipso domino CAROLO Rege, prædicti LVDOVICI Regis genitore, per eundem ex Galliarum finib⁹, in hoc Regnum inductus fuisse perhibetur: qui ad hæc usq; tempora, (variatis solumodo per publicas constitutiones quib⁹dam terminis) inviolabiliter semper extitit observatus: observandusq; est etiam in futurum semper. Nam aliter, totius Nobilitatis Regni Hungariæ jura, novarum legum per inductionem (quoad usq; illæ addiscerentur, in usumq; cõmunem traherentur) ut in nihilum redigerentur, necesse foret.

való meg irúlt levelekből: sőt gyakorlatossággal azon ég rendel, móddal, és folyással, ki módot, ki sólgáltatot törvénßerént való igaz tétellel, meg erősítetet törvény levelekből, származot ez mi törvénbéli sokásunk. Végvagyon, hogy ez törvény folyásat és rend tartását, mellyet az pereknek kezdésében, viselésében, látogatásában, és el végezésében sokunk megh tartani, CAROL Király az meg nevezet Laios Királynak az Attya ideiében, sőt ő maga hozta vólna bé ez Orßágbã Francia Orßágból, mely Törvény folyást mind ez ideiglen fogyatkozásnélkül meg tartottunk (csak hogy némely czickelt köz akaratból az Orßág meg változtatta) de azért ez után is mindenkor meg kel tartani. Mert ha meg nem tartanók kételen uy Törvént kellene sőrözni (mellyet meddiglen csak meg tanúlhatnánk is, mint kellene vele élni) ez egéß Magyar Orßágbeli Nemességnek igazsága, az uy Törvénnek bé hozásának miatta, mind fel forgúlna és semmivé tétetnék.

QVID SIT PRIVILEgium definitivè: Et quòd duplex sit Privilegium.

MI LEGYEN AZ Privilegium, az ok és szabad levél, vóltaképpen: Es hogy két féle az Privilegium.

TITV-

VII. TITVLVS.

TOvábba mivelhogy az mi Bokásunkat, némely részében az Feiedelmek Privilegiomiból vőnők, ezokáért akarék az Privilegiumról valami keveset szólni; Holot szükség meg tudni, hogy az Privilegium mondatik, társaságlayadon magának való Törvénnek, melyhez egynek avagy csak egy nehánynak vagyon igasságа. Egyébként mondatik az Privilegium (mellyet az Magyarok ok és szabad ievélnek neveznek) egyéb emberek szólót való bőcsületnek, avagy kivaliképpen való tisztességnek. Mellyet az Feiedelem ió akaratyából, gyakran még az közönséges Törvény ellen is engedet valakinek.

Az Privilegium penig kétféle: eggyik közönséges, az másik személyre nézve nevezetes: Az közönséges az, mellyet az egész kősségnek avagy gyülekezetnek, ugyamint, Varosnak, Capitalannak avagy Conventnek enged az Király: Es ez féle Privilegium, örőcké tart, és állandó. Az személyre és nevezetesen mely Privilegiumot engednek és adnak az mellyet csak egy személynek adnak: Es az féle szabadság, ezen személy meg halván, semmivé lészen, vélle megh hal. Hanem ha azon Privilegiumban bé volna szerzve gyalván, hogy az szabadságnak ercie örőkösüre is szállyon és

TITVLVS VII.

ITEM, ex quo consuetudo nostra in quadam sui parte ex Principum (ut præmissum est) privilegijs sumitur, hinc de privilegio aliqua dicenda statui. VNDE sciendum, quòd Privilegium dicitur, quasi lex privata & singularis, quæ ad unum, vel ad paucos perrinet. Aliter autem Privilegium dicitur prærogativum, aut honor singularis. Et est Principis beneficium, sæpè contra commune jus indultum. Part. 2. T 8. 9 10 11, 12, 14, 16.

DVPLEX est autem privilegium, scilicet Generale & Speciale: Generale est, quod Vniversitati vel Collegio, prout Civitati, aut Capitulo vel Conventui conceditur. Et illud est perpetuum. Speciale autem est, quod personę dunta xat donatur. Et illud cum persona extinguitur: Nisi forte in eo caveatur, quòd virtus privilegij etiam ad hæredes & successores ipsius privilegiati derivetur. Nam hoc modo etiam heredibus ac succes-

sso-

cessoribus ejus suffragari dignoscitur.

maradékira. Mert ec-képpen tudni való dolog, hogy meg öröckesinek is és maradékinak-is ßólgál.

VTRVM DECRETVM tollatur per Privilegium: & è contra.

TITVLVS VIII.

SED quæri potest, (prout ipse quoq; sæpè quæsitum audivi) utrum Decretum, seu jus commune tollatur per privilegium: & è contra, si privilegium tollatur per Decretum? Quanquam multi multa dicant, aliterq; & aliter sentiant, & pro utraq; parte probationes nonnullæ in medium afferri queant: Nos tamen generaliter omnium & omnia privilegia, per jus commune seu Decretum, tolli & invalidari tenemus: In casibus illis, quibus expressè facta fuerit in generali constitutione mentio. Prout habetur in Decreto moderni domini nostri Regis, libertatis Civitatis Vissegradiensis abolitio, nonarum à Civitatibus liberis exactio, & alia hujusmodi. Quæ & si pri-

AZ DECRETVM fel bonttyaé az Privilegiumot: avagy vißontag az Privilegium az Decretumot?

VIII. TITVLVS.

DE it kérdhetik (mint hogy én-is gyakorta hallottam hogy kérdették) hogy-ha az Decretumot, az az, az orßág rendeléſęt, és közönſęges törvényét fel bonthattyaé, avagy ſemmivé tehetié az Privilegium? Avagy penig vißontag az Privilegiumnál erőſſeb leheté az Decretum? Ez kérdésre noha ſokan ſok képpen felelnek és külömb külömb értelemben vadnak felöle, és mind az két fęl az ő értelmek bizonyos okoskodásockal erősitik: De mi mind azon által azt tarttyuk, hogy az közönſęgeſſes Orßág végezése és rendeléſe, mindeneknek mindennémű Privilegiomit erőtlenné téßi, és fel bonttya: Oly igyekben, mellyekről az közönſęges vegezésekben nyilván való emlekezet léßen. Az mint az moſtani Királyunk Decretomában-is meg vagyon, Viſſegrád Városſának ßabadſága fel bomlása, az ßabad

bad Varossoknak ki fizetése, és tőb effęle dolgok. Mely Városoknak noha régtől fogván Privilegiomok vagyon rólla és ßabadságok, hogy kilenczedet raytok ne vegyenek, ők se fizessęk megh: De azért ennyiben nem az Privilegium tartatik ereiében, hanem az Decretum és az kőzőnsęges végezés marad helyén. Az Privilegium mind azon által meg nem erőtlenedik hanem ha valamely ellen nevezetesképpen az Orßág más tőrvéni irat, és kőz akarattal ellene való végezést ßerez: az [illegible]int ide fel az Decretumnak ismeretiről nijlvabban meg vagyon.

si privilegia super eorum libertate, atque nonarum exemptione & non solutione, pro ipsarum parte dudum habeant confecta: tamen non privilegium, sed Decretum ac generalis constitutio in hac parte observatur. Privilegium autem, cui non fuerit expressè derogatum per legem contrariam, vel generale Decretum, non invalidatur, prout superius de consideratione & intelligentia Decreti latius habes.

HOGY AZ PRIVILEGIUM két fęle lehet, és két-képpen kelhet ki: és előßőr tőrvény ßerént.

IX. TITVLVS.

AZ Privilegium felől penigh két-képpen kel gondolkodnunk, tudni illik: Eggyik az mellyet az Feiedelem az ő tellyes méltoságából, és tőrvény ßerént ßokot adni. Az második az, mellyet nem igy, hanem egyebeknek kárára, avagy męg az kőzőnsęges végezés ellenis engedne valakinek az Feiedelem. Ezokáért az mennyiben az Privilegium

QVOD PRIVILEGIUM dupliciter potest attendi & emanari: Et primò legitimè.

TITVLVS IX.

DVplex est autem Privilegij consideratio, scilicet in quantum ex mera Principis authoritate ritèq; & legitimè procedit: Et in quantum non, sed in damnum aliorum vergit, Vel aliàs, constitutioni communi derogare videtur. In quantum igitur Privilegium ex mera Principis authoritate procedit, prout jurium possessionariorũ

Donatio, à tributaria, tricesimarũque solutione exemptio, Fororum liberorum ac Nundinarum generalium, Vadorumq; & tributorum collatio, quæ ad solum Principem spectat, semper observari debet. Dummodo jurib⁹ aliorum manifestè non præjudicet. Et propterea in calce hujusmodi Privilegiorũ, clausula ista sẽper apponi inseriq; solet, SALVO IVRE ALIENO. Nam si Princeps ipse quempiam hominem ruralem, vel civitatem, à solutione tributorum de pręsenti eximeret, & libertate donaret: prius tamẽ tributariam exactionẽ justè fiendam, alicui fidelium suorum contulisset: tunc per istud posteri⁹ Privilegium, scilicet exemptionale: quia priori Privilegio, super tributo confecto, palàm præjudicaret, primum invalidare, & hujusmodi tributariam exactionẽ tollere non potest. Verùm, in bonis & tributis proprijs Principis, qui Privilegiũ donavit, exemptio ipsa tenebit, atq; locum habebit.

QVOD

um az Feiedelemnek tellyes méltoságából ßármazik, ugy mint, mikor valakit iôßággal aiándékoz megh, avagy adó, és harminczad fizetésből valakit ki veßen, és valakinek ßabad vásárt, sokadalmot, ręvet avagy vámot enged, ezfęle Privilegiomot, melynek adássa csak az Feiedelmet illeti, mindenkor meg kel tartani: csak hogy egyebek igasságának nijlván való ártalmára ne legyen. Mert ennekokáért ßokták az Privilegiomok végében, ezt az czickelt bé irni: SALVO IVRE ALIENO, az az, más embernek Igassága hellyén maradván.

Mert ha az Feiedelem valamely paraßt embert avagy Városi az adó fizetésből mostan ki venne, és ßabadsággal aiándékozná: Annak előtte kedig, az adónak igazán fel ßedésęt hivei közzül valakinek engedte vólna: tehát ez utolsó Privilegium, miért hogy az előbbi Privilegiumnak, mely az adó felől költ, nyilván való ártalmára vólna, az elsőt erőtlenné és ez fęle adozást semmisse nem teheti. Hanem az Feiedelem iôßágiban és saiát ádaiban, ki az Privilegiomot engedte, effęle ßabadsághnak helye léßen.

HOGY

HOGY AZ PRIVILEGIUM kétképpen lehet ártalmára más ember igasságának és ßabadságának.

X. TITVLVS.

TOVABba az Vasárok, Sokadalmok, és Révek engedelméről-is azont kel értenünk, hogy azokról való ki adot Privilegiomot-is mindenkor meg kel tartani, ha egyebek igassága fogyatkozására nem leiend. Ezek penig két-képpen árthatnak más ember igasságának.

Előßőr az időt megh tekintvén, az mint az előt-is megh mondám. Mert előb kőlt az más fęlnek Privilegioma, mellyet nem bonthat fel az késsőbßeri, męgh ha azt irták vólna-is belé, hogy az előbbi Privilegium ellene ne álhasson.

Másodßor az helyt megh tekintvén: Mert vizi adókat, avagy Rév vámokat, tőrvény ßerént senkinek nem engedhetnek: hanem ha az hely, melyhez az Vámot engedik, az más helytől, kihőz az előt Vámot engettek vólt, legh közelb egy mély földnire vólna: Iöllehet közzelb-is meg engedhetni, ha az-fęle engedelem az első Vámot

QVOD PRIVILEGIUM duobus modis intelligitur juribus aliorum præjudicare.

TITVLVS X.

ITEM, de concessionibus quoq; Fororum, Nundinarum & Vadorum, idē est sentiendum: Quòd Privilegia, super eisdem ædita, semper sunt observanda: si in præjudicium jurium aliorum non fuerint collata. Quæ duobus modis possunt juribus aliorum præjudicare.

PRIMO, ratione temporis, prout dictum est, im̄ediatè. Quia priùs emanavit Privilegium alterius, quòd non potest tolli per posterius: etiam cum clausula derogatoria.

SECVNDO ratione loci. Quia vectigalia fluviorum, seu Vada, concedi de jure non possunt, Nisi ea loca (ad quæ concedentur) sint ab aliorum locis, (ad quę videlicet prius fuêre concessa) in distantia, ad minus unius miliaris: licet possint etiam propinquius concedi, si destructionem priorum, vel illis

notabile damnum concessio ipsa non esset allatura.

Fora etiam Hebdomadalia, ac Nundinæ generales, per tantam distantiam, & ad loca propinquiora conceduntur, concediq; poterunt: dum̃odo una & eadem die, aut uno tempore, cum prioribus Nundinis, seu Foris Hebdomadalibus, noviter concessa, non celebrentur, & aliàs nova manifestè priora non destruant.

mot el ne fogna, avagy annak valami egyéb bizonyos kár belőle nem következnék.

Heredßaki Vásárokat, és közönsęges Sokadalmakat-is annyi távoly földön, és közelb-is megh engedhet az Feiedelem, csak hogy azon napon, vagy azon időben, az első sokadalmockal, az uijonnan engetteret Vásár ne essęk, és egyéb képen-is az uy Vásár az elsőt el ne boncsa.

PRIVILEGIVM, SEcundo modo formatur illegitimè.

TITVLVS XI.

ALIO modo potest considerari Privilegium, in quantum non ex mera Principis authoritate procedit: hoc est, quòd Princeps nõ habet justam legitimamq; facultatem concedendi tale Privilegium: Quia vergit in præjudicium aliorum, vel quòd juri communi, ac constitutioni generali præjudicare dignoscitur. Et hujusmodi Privilegium non valet: prout, exempli gratia, in Decreto cõmuni

AZ PRIVILEGIVM másodßor, tőrvény ellen léßen.

XI. TITVLVS.

DE más-fęle Privilegiumotis találunk, mellyet neha az Feiedelem nem tißti és méltósága ßerént enged valakinek: az az, kire az Feiedelemnek nincsen igaz és tőrvény ßerént való ßabadsága, az fęle privilegiumnak engedésęre: Mert avagy másnak kárára vólna, vagy az Orßág tőrvényével, és az közönsęges végezéssel ellenkeznek: Effęle privilegiumnak azért ereie nem lehet, mint példának okáért: Az Or-

Orßág Decretuma azt tartya, hogy affęle levelek mássanak, ki octávás törvényben nem kelne, az törvénybe ne legyen hitele. Az Feiedelem azért ha valaki privilegiumának csak ő magától mássát veteine, és ez czickelt-is utánna iratná, hogy ugy-mond, az mi orßágunk törvénye és végezése ellenis, azt akariuk, hoǵ ez levél mássanak helye legyen, &c. Avagy ha valami Iktató levelet gratiával engedne: tudni illik, hogy eßtendő el múlván-is az Donatiót iktathassák véle, és ereiében maradgyon az iktatás.

muni continetur, Quòd transsumptis literarum, extra terminos Octavales confectis, in judicijs fides non adhibeatur. Princeps autem, si cujuspiam privilegium simpliciter transsumi faceret, cum clausula derogatoria, videlicet (NON OBSTANTE Lege, vel Decreto Regni nostri, hujusmodi transsũpto volumus fidem adhiberi, &c. Aut Statutorias literas cum gratia concederet, Quòd scilicet non obstante annuali revolutione jam transacta, Donationem aliquam executioni demandare teneantur.

Mivelhogy az Feiedelemnek effęle privilegiuma, ez orßágh törvénye, és ßokásának nyilván való-képpen ellene vólna, azokáért helye és ereie nem lehet, nem-is méltó hogy mégh tartassęk. Hasonlatos-képen erőtlen az fęle privilegium-is, mellyet az Feiedelem valak inek avagy meg engedet vólna, avagy ez után akarna engedni, hoǵ a Vármegye ßékin az Ispánok előt, senkinek ne tartozzék meg felelni, se ez orßágnak egyéb rendelt birai előt, törvényben ne foghatnák, hanem csak Király ßemélye, avagy képe előt pörelhetnének véle.

Quia juri & consuetudini Regni hujus, apertè derogare videtur: ideò non observatur, neq; observandum censetur. Idem est sentiendum super illis privilegijs, si quibus super ea concessa fuerunt, vel in futurum concederentur, Quòd in sedibus judiciarijs comitatuum, coram comitibus parochialibus, ad cujusvis instantiã respondere non teneantur, neq; in præsentiam aliorum Iudicum Regni ordinariorum: nisi in pręsentiã solius majestatis Regiæ, vel personalis pręsentiæ suæ, in causã conveniri possint.

PRÆ-

PRÆTEREA, Si juramentum cuipiam Dñorum, vel Nobilium, præstandum adjudicaretur, & Privilegiũ inde produceretur: quòd non ipse reus in persona sua, Sed officialis suus illud deponere teneretur, & hujusmodi, &c. quia generali consuetudini, totius Regni olim approbatæ, tale privilegium præjudicat, nusquã tenetur. Omnes enim Dñi, & Nobiles, tàm scilicet spirituales quàm seculares: cæteri etiam possessionati, utriusq; sexus homines, qui in hoc Regno Hungariæ, bona ac jura possessionaria gubernant, pari lege, unaq; & eadem consuetudine, in ipsorum jurium possessionariorum conservatione atq; cunctarum causarum, inde emergendarum prosecutione, uti debent, prout in PRIMA quoq; parte prenotatum habetur.

Ennek felette, ha valamely Vrnak, akar Ne mes embernek hitet itilne az tőrvény, és arról oly Privilegiumot hozna elő, hogy nem ßemély ßerént az Alperes, hanem az ő tißt tartóia tartoznék az hittel, &c. és tőb ez fęle tőrvénytelen dologról ßóllana az privilegium: Mivel hogy az egéß Orßágnak meg rőgzőt tőrvényének és ßokásának ellene vólna, ez fęle privilegiumot sohúlt nem illik megh tartani. Mert minden Nemesek és Vrak mind egy-házi és külső renden valók, és mind két ágon való ßeméllyek, kik iőßágot Magyar Orßágban birnak, egy tőrvénnyel és egyenlő ßokással tartoznak élni, az ő iőßágoknak óltalmazásában, és az iőßágról való minden-fęle inditot pereknek forgatásában, mint az Decretumnak első rêßében-is megh vagyon irva.

QVOT MODIS CArebit Privilegium sua firmitate.

TITVLVS XII.

NOTANdum ulteriùs, quòd Privilegium multis modis suo carebit vigore. PRIMO enim perdi-

HANY-KEPPEN Erőtlenedik megh az Privilegium?

XII. TITVLVS.

TOvábba ezt-is vegyük eßünkben, hogy az Privilegium sok-képpen,

pen, meg romolhat, és erőllenné léßen. Mert ELŐSZŐR, semmivé léßen, mikor valaki az ő néki engedtetet Privilegium, és ßabadság ellen cselekeßik, vagy azzal gonoßúl él. Mert megh érdemli az-fęle ember, hogy Privilegiumát el veßesse, az ki az néki engedet hatalommal gonoßúl él. Mint az kinek az ő határában tapaßtalt gonoß tévőknek bűntetésęről privilegiuma vagyon az Feiedelemtől, és az Orvot, akár tolvayt megh fogván, nem akaßtya fel, sem fel nem nyársollya: hanem meg ßerződik véle, és summa pénzt avagy birságot vévén rayta el bocsátya. Ez illyen ember gonoßúl él az ő ßabadságlevelével. Mert az Feiedelem nem az gonoß tévőknek el bocsátására, hanem az ő érdemek ßerént való meg ölésęre, és bűntetésęre adot vólt nékie méltóságot.

MASODSZOR, megh romol az Privilegium, mikor valaki illendő űdőben nem él az ő néki adattatot, és engedtetet Privilegiummal. Példának-okáért: Ha valakinek Király ő Felsęge Várat, vagy valami egyéb ióßágot aiándekozna, és az az ember az ő Donatio levele mellet egy eßtendő forgasában, Király emberi által, vagy Nador Ispán, vagy valamely Captalan avagy Convent embere által, magát az ióßágban nem iktatná, tehát eßtendő után affęle Donatio-

nak

perditur, & invalidum fit Privilegium, quando quis fecerit contra privilegium sibi concessum, aut malè eo utitur. Quia meretur Privilegium amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Quemadmodum ille, qui super malefactorum, in territorio suo deprehensorum, punitione, Privilegium Principis habet: & capto fure, vel prædone, non eum suspendit, vel palo affligit: sed pactatam pecuniæ summam ab eo extorquendo dimittit: talis privilegio suo abutitur. Quia Princeps malefactores non dimittendi, sed juxta eorum demerita, feriendi mulctandiq; præstitit authoritatem.

cum eodem convicto jura possessionaria habent indivisa, sequestrandæ sunt & excludendæ: atq; portio solummodo ad personam ipsius convicti cedens, inter judicem, & adversã partẽ (modo prædeclarato) erit dividenda. De rebus siquidem mobilibus, tàm filij & filiæ quàm etiam uxor talis convicti, portiones suas, per hominem judicis, ad executionem ipsam deputatum, rehabere debent. Filius namq; pro delictis & excessibus patris, & è converso, pater pro demeritis filij nec in persona, nec juribus possessionariis, vel alijs reb⁹ condemnari solet. De juribus tamen possessionarijs filiæ non aliter, nisi jura eadem possessionaria sexum quoq; fœmineum, manifestè & reali dominio fœminarum demonstrante, concernant, portiones possessionarias habere possunt. Vxor verò sua, Dotem ac res Paraffernales suas, tàm à filijs suis, quàm etiam ab eo, qui portiones mariti sui possidebit, marito ipso decedente, pro se rehabere valebit: prout in prima

beket, kiknek azon megh győzetet fęlel oßtotlan ióßágok vagyon, kűlőn kel fel ßámlálni: és csak azt az rêßt, az mely az Alpőresnek ßemélyére iut, kelletik az Biró, és az pőres kőzőt (az fellyűl megh irt mód ßerént) megh oßtani. Miért hogy az ingo marhából, mind az fiaknak, leányoknak, mind penig az meg győzetet fęlnek felesęgének az ő rêßeit, az Biró embere kit az igaz tételre el kűldenek, tartozik meg adnia. Mert az fiat az attya vétkeért, és vißontag, az attya az fia érdemeért sem ßemélyében sem ióßágában, avagy egyéb marhaiában, nem illik meg kárositani és meg bűntetni. Az ióßágból penig az leányok kűlőmben rêßt nem vehetnek, hanem ha az ióßágban, az leányoknak nyilván való Vraságok azzal hogy biriák, meg mutattya, hogy az leány ágnakis nyilván való rêßek vagyon benne. Az felesęge penig az ő iegyruháiát, és aiándékát, mind az ő fiaitul, s-mind attól, az ki az ő Vra ióßágát biria, az Vra hólta után megh veheti: az miképpen

képpen ez Decretumnak első részében is, ahól az egy ruha dolgának megh fizetéséről szóllánk, nyilván megjelentettük.

AZ PŐR KŐZBEN megh hólt Attyáknak és attyafiaknak jószága bőcsűléséről.

LXI. TITVLVS.

TOVABBA, ha valamely Nemes embert valaki, jószágának el foglalásáért, avagy egyéb dologért, mely az nagy hatalom dolgát illeti, (melyért akar kit főre, avagy fő váltságra itílnek) Király udvarában evocál, avagy reá hí, és az pőrnek vége szakadásnak előtte, ezomban ez világhból ki mulik: ackor az megh hólt Nemes embernek fia, avagy attyafia, ugymint, az kire az jószág szál, és szükségesképpen az pőrt is szokot szállani, az Ország szokása szerént, egyéb terhen nem marad, hanem az attya avagy attyafia jószága bőcsűen szokot el maradnia: és annak felette az gonosúl el foglalt jószágnak megh adásán: és az kár

ma quoq; parte, ubi de Dotalitiorũ solutionibus tractatum est notabile positum habes.

DE ÆSTIMATIONE jurium Paternorum, vel fraternorum, litis intermedio decedentium.

TITVLVS LXI.

ITEM, si quis nobilium, per quempiam in curiam Regiam, occasione occupationis jurium possessionariorum, vel aliorum negotiorum factum majoris potentiæ (de quo capitalis sententia vel emenda capitis evenire solet) tangentium, evocatus fuerit, & ante decisionem ipsius causæ, ab hac luce decesserit: tunc filius aut frater illius defuncti, ad quem jura sua possessionaria devolventur, & ex consequenti, causa ipsa de Regni consuetudine condescendet, non in alio onere & gravamine, quàm in æstimatione duntaxat jurium paternorum vel fraternorum convinci: & præterea jura possessionaria, malè occupata, actori per judicem restitui: damna et-

na etiam illata (si quantitas eorum in literis evocatorijs specificata, & sententia per non venientiam lata fuerit) simpliciter & ante omnia actori refundi, & tandem residua jura possessionaria ipsius defuncti, inter judicem & actorem dividi solent. Si tamen per responsiones partium sententia pronunciata fuerit: tunc damna ipsa, juramento mediante, recuperari debebunt.

az kár tételnek megh fizetéssen (ha az kárt mennyi lőt legyen, az hivatal levélben megh telentették vólt, és az sententiát, az Alpőres nem iőtte miat, adgyák ki) mellyet igyenessen mindenek előtte az pőresnek, megh szokták fizetni: és az után az meg hólt embernek maradék iószágát, az Biró és Felpőres kőztők meg osztyák. Ha penig az sententiát, az két fęl feleleti után mondották ki: tehát az Felpőres, hitivel vegye meg az kárt.

QVALITER FILII, ante & post sententiationem Patris, in bonis paternis succedant.

TITVLVS LXII.

HOC quoq; non prætermittendum est, quòd filij post latam & executam contra patrem sententiam progeniti, qui tunc in utero materno nondum fuêre generati, de bonis & juribus paternis, per ipsam sententiam ad manus judiciarias, vel adversę partis, aut eorum medio, aliorum quorumcunque deventis & statutis, nullam pro se portionem habere possunt, neq; de eisdem sunt consulendi:

AZ FIAK AZ ATtyok sententiázássa előtte, és utánna kik születettek, miképpen iuthatnak az attyok iószágához.

LXII. TITVLVS.

EZT se feleicsük el, hogy az mely fiak ez világra születetnek, minek utánna az attyokat feien marasztották, és annak módgya szerént iószágát el-is foglalták: mellyek męgh az annyok méhében sem vóltak ackorban, azok az attyok iószágában, mely avagy az Biró kezénél, avagy az pőres kezénél, avagy ezek altal más idegen kéznél vagyon, semmi részt nem vehetnek, semmi kőzők fincsen hozzá; De az ollyan fiak, kik az

kik az attyok sententiázásának előtte lőttek és nemzettettek, mind az önnön saját részeket, s mind az attyok jószágát, mely rész szerént az Biró kezénél, egy részént az Pőres kezénél vagyon, ha megh akarják válnai, mindenkor meg válhattyák. Innét azért ezt tanúllyuk meg, hogy az fiak három rendbélieknek mondatnak, ugy mint, némellyek fogantatot fiak, némellyek szűletet fiak, némellyek penig kik attyok halála után lőttek. Fogantatot fiaknak mondatnak azok, kik még ez világra nem szűlettettek, kiknek terméssetek az, hogy az ő fogantatásoknak ideiétől fogván, mellyet az ő szűletések megh mutat, egyenlő igasságok vagyon az szűletet és élő fiackal, Attyok halálok után valók penig azok, kik az attyok el temetésének utánna, törvény szerént való igaz ágyból szűlettetnek. Es mondom nevezetessen, hogy igaz törvény szerént való ágyból legyenek: Mert ha az szűles az firfiúnak el temetése után, tiz hól nappal lésen: tehát azt az pókás gyermeket, méltán és igazán nem mondhattyák, hogy ám annak temetése után lőt az világra. Mert nem az meg hólt firfiúnak igaz ágyából és magvából, sőt inkáb az asszonyi állatnak paráznaságából mondatnék hogy ez világra lőt. Summáia ez, hogy mind az fogantatot fiak mind penig az kik

sulendi: filij tamen, ante latam sententiâ nati & propagati, tàm portionibus eorum proprijs, quàm etiam paternis, si à manib⁹ judicis & adversæ partis portiones paternas redimere voluerint, potiri solent, possuntq; semper. Vbi sciendum, quòd filiorum alij concepti, alij nati, alij verò posthumi vocantur. Concepti dicuntur, nondum tamen nati, quorum natura est, quòd à tempore conceptionis, quam partus ejus indicabit, æqualia jura habent cum natis & extantibus filijs. Posthumi autem sunt, qui post humationem seu sepulturam patris legitimè nascuntur. Et dico notanter, legitimè: quia si partus facta humatione viri post decem menses fieret, tunc infans ille rectè, deq; jure posthumus non diceretur. Non enim ex toro semineq; mariti defuncti, sed potius ex fornicatione mulieris præsumeretur in lucem prodijsse: Et hi omnes, tàm concepti quàm etiam nati & posthumi, legitimè tamen (ut præmisi) generati, in jurib⁹ paternis æqualiter semper succedunt.

az kik már ez világban vadnak, és az attyok halála után kik lêßnek, (igaz ágyból azért) az attyai ióßágban, egyenlő-kêppen réßesűlnek és ßálnak.

VTRVM FILIVS, POST Patris ſententiationem natus, poſsit redimere paterna bona?

TITVLVS LXIII.

SED hic quæritur, utrum filius poſt ſententiationem patris natus, qui nullam portionem de juribus paternis (ſicuti pręmiſſum eſt) habere permittitur, bona & jura paterna, vigore latæ ſententiæ occupata, de manibus judicis ac adverſę partis, vel aliorum quorumcunq́; communem per æſtimationem eorundem bonorum ad ſe redimere poſsit? Dicendum quòd ſic, quia ſanguis & parentelæ propagatio, vim adhuc & virtutem vicinitatis ac cõmetaneitatis taliũ bonorum, & jurium poſſeſsionariorum habet atq́; repræſentat. Si igitur vicinis & cõmetaneis bonorum ipſorum, per ſententiã occupatorum redemptio (prout prętactum eſt) de jure permittitur: ergò & filio, poſt ſententiam nato, redemptio ipſa legitimè cõceditur.

AZ ATYA MEGH Sententiáztatáſának utánna lőt fiú, az attyai ióßágot meg válthattyaé avagy nem?

LXIII. TITVLVS.

DE itt azt kérdik: Hogy-ha az attya ſententiázáſának utánna ßűletet fiú, kinek az attyai ióßágból (mint fellyűl-is megh mondók) ſemmi réße nem lehet, az attyai ióßágot, mellyet az ſententiának ereiével el foglalták, az Biró kezéből, és az pereſſęből, avagy penig egyebekéből, az ióßágnak kőz bőcſűe által, meg válthattyaé, avagy nem? Kire ezt felellyűk, hogy meg válthattya. Mert az vérnek, és az attyai nemzéſnek, annyi ereie és tulaydonſága vagyon, hogy efſęle ióßágban, męg az Sententia után lőt fiat-is, mint egy ßőßéddá és határoſſá téßi. Ha ezokáért az ſententia által el foglalt ióßágnak meg váltáſát, az tőrvény az ßomßédoknak és határoſoknak meg engedi; Tehát az fiú-is, ki az ſententia után ßűlettetik, az attya ióßágát, annak tőrvénye ßerént, ßabadon hozzá válthattya.

MED-

MEDGYENEK HA az Attya az fiával, avagj minden attya-fiaival egygyűt, meg ſententiáztatik.

LXIIII. TITVLVS.

HA, ugy mond, az hattyát az fiával, avagy minden attya-fiaival egyetemben meg ſententiázzák, ugy hogy mindeniket feléré itilték legyen, az iőſágot mint kel meg váltanie ERRE ez az felelet, hogy az Feiedelem, az kinek az ő kegyelméből megh engedi, az válthattya hozzá: mert effele ſententiázot emberek iőſágának tulaydonſága, és őrőckes vőlta az Feiedelmet illeti, mihelt az meg ſententiázot ſeméllyeknek magvok ſakad. AZON értelemben legyűnk, affele eggyes és rideg ſemély felől-is, kinek ſem fia, ſem leánya, ſem attya-fia nincſen, mely tőrvény ſerént annak iőſágát hozzá válthatná. Holot vigyázni kel: Hogy-ha az ſomſédok vagy határoſok hozzáiok váltották, effele ſententiával el foglalt iőſágot, tehát az ſententia után ſületet fiak, avagy az attya az fiával, avagy minden attya-fiaival, avagy csak az eggyes rideg ſemély ſententiázva lévén,

QVID SI PATER cum filio, vel omnes fratres ſimul ſententiabuntur.

TITVLVS LXIIII.

QVID, ſi Pater cum filio, vel etiam omnes fratres ſimul ſẽtentiabuntur, nemoq; illorum fuerit ab onere & gravamine latæ ipſius ſententiæ præſervatus, faciendum erit? RESPONDE, quòd per gratiam Principis, in quem proprietas & hæreditas hujuſmodi bonorum occupatorum, ſententiatis ipſis deficientibus tendit atq; reſpicit, redemptio eorum fieri poterit & debebit. Item de unica quoq; & ſingulari perſona, quę nec filios nec fratres habet ad quos aut quibus redemptio ejuſcemodi bonorum de jure ſpectaret & competeret, idem eſt ſentiendum. Vbi advertendum, Quòd ſi vicini & commetanei talium bonorum & jurium poſſeſsionariorum occupatorum, ea ad ſe redemerint, filij, poſt ſententiã nati, aut Pater cum filio, ſive fratres ſimul ſententiati, Part. 1. Tit. 10. 64.

vel singularis ipsa persona Regia gratia suffragante, de manibus eorundem vicinorum, & cõmetaneorum illa pro se rehabere poterũt: & brevi quidem processu, unico ut puta terminojuridico, admonitione duntaxat legitima super ea re prẹhabita. Et hoc de vicinis, ac cõmetaneis intelligendum est semper in casu, quo sententiatus quispiam omnibus hæredibus ac fratribus condivisionalibus, vel alijs legitimis successorib⁹ (ad quos devolutio bonorum suorum spectaret) omninò destitutus fuerit. Nam illis existentibus magis ad eos, (si volunt) quàm ad vicinos, redemptio ipsa pertinebit.

vén, ha az Kiraly nékik megh kegyelmezend, az ßomßédok és határosok kezekből, csak azon első törvényen, köz bőcsel őket meg kinálván, vißßa vehetik: Az ßomßédok penig, és az tőb határosok, csak azoknak az meg sententiázot ßeméllyeknek iőßágokat válthattyák hozzáiok, kiknek tellyessęggel őrőkkesi avagy egy oßlásson való attya-fiai, avagy egyéb törvényßerént való maradéki nem volnának, kikre az iőßágnak kellene ßállani. Mert ha őröckesi vadnak, őket illeti inkáb, az megh váltás (ha akariák) hogy nem mint az ßomßédokat.

VTRVM PER SENTENtiam, in Curia Regia latam, etiam bona in Sclavonia vel Transylvania habita, amittantur: Et è converso.

TITVLVS LXV.

QVæritur ulterius, si quis Nobilium, tàm in hoc Hungariæ quàm

KIRALY VDVArábã ki adatot Sẽtentia által, Tóth Orßágban, akar Erdélyben való iőßágát, az megh Sententiázot ßemély egyßersmind el veßtié avagy nem?

LXV. TITVLVS.

TOVABBA, meg-is kérdik: Ha valamely Nemes embert, kinek mind itt Magyar Orßágban,

mind penig Thoi Orßágban, avagy Erdélyben, ís, ióßága vagyon: az Magyar Orßági, avág Thoi Orßági, avagy penig Erdélyi Octáva, avagy egyéb-ſçle tőrvénnyen, az nagyob hatalomnak dolgában, vagy feien, avagy feie váliſágán maraßtyák: Hogy ha minden ióßágát, és őrőckét, mind az két Orßágban, és Erdélyben ki vólna, egyßerſmind egy úttal el veßtié: avagy cſak azt az ióßágot veßtié el, mely abban az orßágban vagyon, az hol az ſententiát ki mondgyák: Melyre azt mondgyuk: Hogy iólleher némely tőrvény tudóknak vélekedéſekhez képeſt, közönſçgeſſen mindenűt, és akar mely Orßágban-is, avagy hozzá tartozandó hellyeken legyen ióßágais, ha cſak egy helyen ſententiázzák mégis mind el veßti: De ezt az vélekedéſt nem kel megh tartani. Mert minden Birónak cſak az ő Biróſága határában vagyon hatalma és méltóſága. Moſt penig ez nyilván vagyon, Hogy az Dalmatiai, Horváth Orßági, és Toth Orßági Bánnak avagy az Erdélyi Vaydának nincſen arra hatalma és ereie-

quàm etiam Sclavonię Regno vel partibus Tranſylvanis, bona & jura poſſeſsionaria habens in octavis, aut cæteris judicijs, in Hungaria aut Sclavonia, vel Tranſylvania celebrandis, in facto majoris potentiæ, ex eo quoq; in capitali aut emendæ capitis ſententia fuerit convictus: Vtrum univerſa bona, & jura ſua poſſeſsionaria in utroque Regno & Tranſſylvanis partibus ſita, atq; habita, ſimul & ſemel amittat: vel ſoluṁodo illa, qui in ipſo Regno, ubi ſententia profertur, adjacent, amiſiſſe intelligitur? Dicendum eſt, quòd licet opinione quorundam juriſtarum generaliter ubilibet & in quibuſcunq; Regni vel partibus adjacentia, uno ſaltē in loco ſententiatus, amiſiſſe dicatur: hæc tamen opinio tenenda non eſt. Quoniam authoritas cujuslibet judicis ſolum modo ad loca, juriſditioni ſuæ ſubjecta, ſe extendit. Modo certū eſt, Quòd Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Banus, vel Vayvoda Tranſſylvanus, non habet juriſditionem judicandi in co-

mitatibus, Regno Hungariæ incorporatis: sed tantum officiolatui suo subjectis: Et è converso. Nec cæteri judices ordinarij curię Regiæ, sese in jurisditionem aliorum judicum ingerere vel im̃ittere possunt. Aliter enim nulla esset distinctio Regnorum: pariter & judiciorum: quæ seorsim & diverso tempore, (diversoq́; modo semper celebrari consueverunt. Et propterea in literis quoq́; sententionalibus ipsorum judicum clausula ista (Intra ambitum hujus Regni Hungariæ, vel hujus Regni Sclavonię, aut harum partiũ Transsylvanarum) semper apponi solet. Verumtamen in facto & causa notæ infidelitatis, per unicam solummodo sententiam, vel etiam Donationem Regiam (dum̃odo Donatio legitimè facta fuerit) universa bona & cuncta jura possessionaria ubilibet & in quibuscunq́; Regnis ac partibus, Sacræ Coronæ Regni subjectis, sita & habita, de facto amittuntur. Quia jurisditio ejusdem coronæ, contra quam infidelitatis ipsa nota committitur, ad quæ-

reie, hogy az Magyar Orßágban való Vármegyékben Biró lehessen, hanem csak az ő tißti alat való hellyeket itilheti meg: Es vißontág, Miért hogy Király udvarában való tőb rendelt Birák-is, magokat más Biróságában nem elégyithetik. Mert igy semmi külőmbsęg nem lenne az Orßágunknak, és aval egyetemben az tőrvénnek-is: mely külőn és más időben, és külőmb módon, ßokot egy orßágban ki ßólgáltatni, hogy nem mint más Orßágban. Es ennek-okáért ßokták ez Czickelt-is, az Birák sententia levelében bé irnia (hogy ugy-mond, ez Magyar Orßágnak kőrnyékiben, avagy ez Toth Orßágnak, avagy ez Erdélynek tartományában) De azért az hitetlensęgnek dolgában, csak egy sententia által-is, avagy Király adománya által (csak hogy az Donatio tőrvény ßerént lőt legyen) az megh sententiázot ßemély minden iőßágát és őrőksęgit, mindenűt, és akar mely Orßágokban-is, és az Magyari Coronához való tartományokban legyen, egyßers-mind el veßti. Mert az Coronának birodalma, mely ellen az hitlensęg esik, minden Orßágokra

gokra és hozzá tartozó réßeire, egyenlőképpen ki teried. Mind azon által az igaz tétel, és affęle iöknak el foglalása, csak azon egy Biró ereiével, az ki előt affęle hitlensęgről való sententia ki kél, nem lehet: Hanem affele iößágnak el foglalását, ki az ő birodalma kűvűl vólna, annak az Birónak eleiben tartozik levele által bocsátani, és arra bizni, az kinek birósága alat vagyon az iößág, mellyet el kel foglalni.

ad quævis Regna, & partes sibi subjectas, æquè extendit. Nihilominus executio, & bonorum illorum occupatio, per eum solum judicem, coram quo sententia hujusmodi notæ infidelitatis lata fuerit, ubilibet fieri non poterit: sed occupationem bonorum, extra jurisditionem suam habitorum, ad judicem, cujus jurisditioni subsunt, ipse judex causæ, per literas suas remittere debet.

AZ HITETLENsęgről való Sententiának ki mondásáról.

LXVI. TITVLVS.

AZ Hitlensęgrôl való Sententiával-is ßintén azon módon és rendel kel el iárni, mint az főben iáró sententiával. De azért az hitlensęgnek notáia, az főben iáró sententiától mit kűlőmbőzzőn, az Decretumnak első réßében, ahol az Király adományáról kőzőnsęgessen ßöllottunk, meg találod. Az hitlensęgnek sententiáiának penig három ága vagyon. De azoknak rendeit ide alá az Repulsionak rendiben, akarom meg magyarázni.

AZ

DE SENTENTIA, PER notam infidelitatis pronuncianda.

TITVLVS LXVI.

ITEm in facto quoq; & sententia notę infidelitatis eo pręcisè modo & ordine, quo in capitali sententia procedendum est. Qualiter tamen nota infidelitatis ab ipsa capitali sententia differat, in prima parte, ubi de Donationibus Regijs in generali tractatum est, reperies. Trib⁹ autem modis solet decerni & pronunciari nota infidelitatis. Sed horum seriem infra in[a] repulsionis ordine statui declarandam.

[a] Par: 2. Tit 73. 74. 75. & 76.

DE

DE ACTIBVS POTENtiarijs minoribus, & sententijs super ea re ferendis.

TITVLVS LXVII.

SCIendum ulterius, quòd sentẽtiarum aliæ sunt simplices, quæ nec ad pœnam nec emendam capitis tendunt, sed medietatẽ duntaxat emendæ capitis, hoc est centum florenos repræsentant. Et hujusmodi sententiæ, juxta contenta generalis constitutionis & decreti moderni Dñi nostri VLADISLAI Regis, tàm ad Dominos Prælatos & Barones, aliosq; Magnates, quàm etiam Nobiles æqualiter referuntur: & non ad plures quàm centum (ut prætactum est) florenos pro actibus potentiarijs se extendunt. Damna insuper, in actione & acquisitione actoris vel actricis declarata, compensant & refundunt. Et horum centum florenorum directa medietas judici: altera verò pars actori vni actrici remanebit. Vigore autem ejuscemodi sententiarum nemo nobiliũ (dempto

AZ KISSEB HATAlomnak dolgáról, és minémű sententia mondassęk felôle.

LXVII. TITVLVS.

TOVABBA ezt-is tanúllyuk megh, hogy némely sententiát, csak tisztának mondhatunk, az az, mikor az embert sem feién nem marasztyák, sem penig feie váltságára nem megyen dólga, hanem feie váltságának csak felêre, az az, száz forint birságra megyen. Es effęle sententia az LASZLO Király közönsęges Decretuma szerént, mind az Pap Vrakra, Zászlós Vrakra, és egyéb Nagyságossokra, mind penig Nemessekre, egyenlőképpen szólgál: nem-is megyen az hatalom dolgáért tőbre, hanem csak száz forintra, mint fellyűlis meg mondók. Annak felette az Felperesnek az kárt-is megh kel fizetni, mellyet az ő keresetiben meg ielentvén, hozzá felel. Mely száz forintnak hasonfele az Biróé: az fele penig az peresé szokot lenni. Effęle sententiáknak ereiével kedig egy Nemest sem tartóztathatnak meg személyében (egy dologtól megh vál-

ván

ván, kiről továbbad bő lesen.) De az fellyűl megh mondot száz forintnak terhéről, és az kárnak megh fizetésről, az meg nyert Alpőresnek ingo marháiából, ha marháiát talállyák: ezen kűvűl penig iószágából is, tartozik az Biró az Felpőresnek igaz tételel. Ez első sententiának nevezeti penigh közönségessen bé foglallya magában, az mostani időnek állapatyában, mindenfele hatalmat, effele dologiól el válván, mellyekből ielentém ide fel, hogy főben iaró sententia származik, avagy fő váltság következik: Melynek okáért, az kisseb hatalomnak dolgait, kisseb sententiáknak szokták nevezni. Jóllehet az győzhetetlen MATTYAS Királynak közönséges Decretumának előtte, Vrunk születése után, Ezer négy száz, és nyolczvan hatban kit szerzettek (mely Decretumát LASZLO Király is itt ez aránt hellyén hagyot, és megh erősíteti) minden Vrak és Nemesſek, akar minémű hatalomért közönségesen mint az nagyob hatalom-

(dempto quodam casu subnotando) in persona sua detineri poterit. Sed de onere dictorum centum florenorum, & refusione damnorum, de bonis & rebus mobilibus convicti, si reperiri poterunt: aliter autem de juribus ejusdem possessionarijs actori vel actrici per judicem satisfactio impendi debet. Et sub hac specie sententiarum cõpræhenduntur generaliter, nostra in hac tempestate universi actus potentiarij, pręter casus prædeclaratos, ex quib⁹ majores sententias capitales, utputa, & emendam capitis tãgentes, generari subsequiq; prænotavi. Et propterea minores actus potentiarij, & minores sententiæ solent appellari. Licet ante generale Decretum invictissimi Principis quondam Domini MATHIÆ Regis, in anno salutis quadringentesimo octogesimo sexto supra millesimum editum (quòd ipse quoq; dominus noster VLADISLAVS Rex in hac parte roboravit) omnes Dñi seculares & nobiles possessionatiq; homines, ratione quoruncunq; actuum po-

tentiariorum generaliter & universaliter in facto majoris potentiæ, ex eoque in capitalibus aut emendæ capitis sententijs solebant aggravari. Cujus rei ut clarior notitia habeatur, articulum super eo conscriptum, verbotenus inserendum curavi: qui sub hac verborum sequitur forma.

ITem in causis, ratione illationis damnorum, cæterorumq; nocumentorum & injuriarum, ac actuum potentiariorum minorũ motis, etiam si patrator ore suo proprio coram suo judice profiteretur, nemo deinceps in facto potẽtiæ: sed solum̃odo in solutione hujusmodi damnorum illatorum, & expensis actoris, eidem tantum̃odo persolvendis. Insuper pro præmissis actib⁹ potentiarijs in viginti quinq; Marcis, gravi ponderis, centum florenos auri facientibus, inter judicem & actorem æqualiter dividendis convincatur, & per judicem ad solutionẽ statim compellatur. In causis verò majorib⁹, scilicet ratione invasionis domorum nobilium, sine justa causa, occupa-

Casus quinq; Maiores. Par. 2. T. 42

talomért, avagy feieken, avagy feiek valtságán ßoktanak vólt maradni. Mely dolgot hogy nyilvabban megh érthessünk, arról való articulust, iginként it bé akarám irni, mely illyenképpen következik.

TOVABBA, Vgy mond, kártételnek dólgai felöl, és egyéb ártalmokról, boßßuságokról, és az kisseb hatalomnak dólgairól indult pörekben, męgh ha az vétkes az ö biráia elöt tulaydon ßáiával megh vallanáis cselekedetit, senki ennek utánna affęle hatalom dolgáért, feién és egyéb terhen ne maradgyon: hanem csak effęle kár tételnek megh fizetéssen, és az Felpöresnek költsęge megh teritéssen: ennek felette, az megh mondot hatalmaskodásért, hußon ött nehéz Girán, mely ßáz forintot téßen, kinek fele az Birónak, fele az Felpöresnek iut, melynek megh fizetéssęre, az Biró, az megh gyözetet fęlt, mindgyárást reá kénßericse. Nagyob hatalomért indult pörekben penig, ugy mint, mikor valaki Nemes házra megyen, igaz ok nélkül: ióßág-

ſóſághnak és hozzá tartozandó iovainak el foglalása miat: Nemesſeknek meg fogtatáſſa miat, igaz ok nélkül: Nemesſeknek meg verésſe, megh ſebhetésſe, és megh ölésſe miat. Az Biró illyenképpen cselekedgyék: hogy ha az Felperes maga részére, az fellyül meg mondot mod szerént bizonyſággal él, tehát az dolognak nagyob világoſſágáért, ha az két ſęl akaria, kőz tudományta bocſáſſa. Ha penig az Alperes bizonyſágra ki nem akar kéredzeni, bizonyitani ſem akar: tehat az Felperes, az Orſág tőrvénye szerént, az ő keresetinek nagyob bizonyſágára, annak az ő ellenſęginek az feiére eskűdgyék. De ugy hogy ha az Alperesnek azon Vármegyében, az hól az hatalom eſet, ſaját ſzemélye szerént és ſűnetlen való lakáſſa vagyon. Ha pedig más Vármegyében lakik, és effęle hatalmaſſágh, az ő távoly létében eſet: tehát az bizonyſágh levélnek módgya szerént, hitivel tartozik magát megh menteni: és az ſólgai és iobbágyi felől tőrvént ſólgáltatni, az Orſág tőrvénye és végezéle szerént.

cupationis poſſeſsionum & pertinentiarum eorũdem, Detentionis Nobilium, ſine juſta cauſa, verberationis & vulnerationis ac interemptionis Nobilium motis. In his taliter judex procedere habebit: Quòd ſi actor pro ſui parte inquiſitionẽ, modo & ordine ſupra notato reportaverit, in ampliorem rei verificationem, ſi partes voluerint, cauſam ipſam ad cõmunem inquiſitionem decernat. Si verò reus ipſam inquiſitionem acceptare recuſaverit: tunc actor, pro majori verificatione, actionis ſuæ, juxta Regni conſuetudinem hactenus in hac parte obſervatam, ad caput illius adverſarij jurare habebit. Ita tamen, ſi adverſarius ille, ſive in cauſam attractus, in eodem comitatu, ubi mala ſunt patrata, propriam perſonalemq; & continuam faciat reſidentiã. Vbi autem talis in cauſam attractus, in alijs partibus ſeu provincijs Regni perſonalem facit reſidentiam, ac in ejus abſentia hujuſmodi mala patrata ſunt & commiſſa: tunc juxta contenta literarum inquiſitoriarum, propter ſuam innocentiam ſe juramento expurgabit: ex parte denięq; familiarium & Iobagionum ſuorum vigore præſentis articuli fiat iudicium, & iuſtitia lege regni requirente.

Par. 2. T. 31

Par. 2. T. 28

DE CAVSA, IN QVA etiam vigore minoris ſententiæ quis detineri poteſt.

TITVLVS LXVIII.

Nobilium detentio.

ITEM, quia plures ſunt in Regno unius ſeſsionis Nobiles, & alij poſſeſsionati homines, qui verorũ Nobiliũ Privilegio libertateq; gaudent: deſidiæ tamen & torpori dediti, rebus temporalibus adeò defecerunt, ut non centum florenos: ſed difficulter etiam centum denarios ſolvere queant: nihilominus mala patrare non ceſſant, cum potiſsimè plures interdum proles ſe habere conſpiciunt, & illorum jura vel portiones amittere non poſſe conſiderant, in perſonis etiam ſuis detineri ſe nõ formidant. Vnde quaſi in uſum apud pleroſq; ſuccrevit, ut ſpe inopiæ ducti, vel potius ſeducti, quòd nõ habeant quid perdere vel amittere valeant, majora ſæpè malorum genera potentioribus, ditioribuſque ſe committere & perpetrare non verentur.

Vnde quæritur, Si quiſpiam litigantium, in ipſo minori facto po-

AFFELE PŐR DOLgáról, melyben męgaz kiſſeb ſententia ereiével is az Alpereſt meg foghatyák.

LXVIII. TITVL.

TOVABBA, mivel hogy ſok egy ház hellyũ Nemeſſek, és egyéb iobbagos emberek is, kiknek iollehet igaz Nemeſſęgek és ſabadſágok vagyon: mind azon által tunyaſágok és reſtiſęgek miá, oly nagy ſegényſęgre iutottak, hogy nem hogy ſáz forintot, de męg csak ſáz pénzt is nehezen fizethetnének: de męgh is ſok ſęle gonoſſágot cſelekeßnek, annyival inkáb, ha láttyák, hogy ſok magzattyok vagon, és tudgyák, hogy azoknak rèßeit el nem veßthetik, hogy penigh ßemélyek ßerént meg fogiák, azt ſem állallyák. Azért immáron egynehányon ugyan megh ſokták, hogy ſegényſęgekhez valò biſtokban, holot ſemmi nincsen mit az birſágba kellene fizetni, az érlékes és kazdagh embereknek gyakran nagy kárt tèßnek, és azoknál ſockal nagyobra tartván magokat, merő mérges, grázda kereſsők.

Ez okáért kérdezőskednek: Hogy ha az ſęle Alpereſt, kiſſeb hata-

hatalom dolgáért (az mint meg mondám) ßáz forinton maraßtyák, és annak felette hogy az kárt megh fizesse, és sem ingó marháia sem egyéb iößága az ő saŋát réßére annyi nem vólna sohúl, kiből az ßáz forintot meg fizetne, és az kárt-is megh térithetne, hogy ez illyen megh győzetet ßegény Nemes embert, ßemélye ßerént az Biró megh foghatté, és az igaz tételre kénßerithetiè fogság által, az ő Nemessęge hellyén maradván? Kire azt mondgyuk, hogy meg lehet. Mert az Nemes ßabadságh senkit az fogságtól megh nem óltalmazhat, sem penig az gonoß cselekedetnek meg bűntetésętől meg nem menthet, hanem inkáb az gonoß cselekedetet igen-is tiltya. Mert az igaz Nemessęghnek fondamentoma az IOSAG, mely mindenűt erre int, hogy minden tißtessęgessen éllyen, és senkit megh ne báncson. Hogy penigh affęle gonosságh tévőt ßemélyében-is megh fogiák, ez Orßág tőrvénnyet semmiben megh nem rontya: Mely azt hadgya, hogy az Nemesseket kűlőmben megh ne fogiák, hanem tőrvényre intcsęk,

tentiæ, centum (ut pręmissum est) florenos faciente, aut damnorum illatorum & irrogatorum refusione convictus & aggravatus, rebus mobilibus & juribus possessionarijs, ad portionem ejusdem convicti cedentibus adeò destitutus fuerit, per judicem causæ compertus ut nusquã hujusmodi centum florenos damnaq́; irrogata, res & jura sua compensare possint, utrum in tali casu convictus, ipse in persona sua per judicem detineri, & usq́; ad emendã ac satisfactionem conservari valeat, libertate Nobilitatis non obstante? Dicendum, quòd sic. Quoniã libertas & prærogativa exemptio Nobilium à captivitate non liberat quempiam neq́; exemptum reddit à pœna punitioneq́; pravi operis: sed potius damnat. Virtus enim, per quam nobilitas vera fundatur, dictat, ut honestè quisq́; vivat, & alterum non lædat. Nec etiam constitutioni generali totius Regni detentio ejuscemodi personalis Nobilium derogat: Quæ vetat, ut Nobiles non captiventur, nisi citati, & or-

Vera Nobilitas per virtutem fundatur.

Par: 1. T. 9.

dine juridico fuerint convicti. In hoc itaq; casu post citationem vel evocationem & post latam ordine juris à judice sententiam, detentio personalis ipsa sequitur: quam nec constitutio generalis illa vetat. Vnde meritò Nobilis ipse in persona sua (casu in prænarrato) per judicem suum, vel ejus hominem,
Par. 3. T. 28 ad id specialiter deputatum, captivari detineriq; poterit. Quem sic captum judex ipse quindecim diebus (prout in facto debitorum fieri consuevit) apud manus suas, concordiæ causa conservare: Et si hoc modo, atq; infra illud tempus in unionem cum adversa parte devenire non curaverit: tunc ipse judex, manibus dicti adversarij sui illum tradere & assignare tenetur: quem adversarius ipse tamdiu apud se detinendi habet authoritatem, quoadusq; detentus ille cum eo concordabit, & ipsum, simul cum judice suo, super prædicto onere centum florenorum contentos reddet, damnaq; adversario suo irrogata, refundet. Interim autem actor eum in persona sua punire vel impedire non poterit. Attamen detentus ille, tanquam unus ex familia actoris, eidem servire tenebitur.

csék, és törvény folyása szerént cselekedgyenek vélek. Ez meg mondot dologban azért, minek utánna effęle Alperest az törvényre intnek, az törvényből ki ment sententia után következik az fogság: mellyet az Ország törvénye sem tilt megh. Ennek-okáért az ollyan Nemes embert személye szerént (az meg mondot dologban) méltán, meg fogtathattya és meg tartóztathattya az Biró, avagy az képebéli embere, kit arra választ. Az Biró azért az illyen foglyot (mint szintén az adósság dolgában szokot lenni) tartozik tizenötöd napig nálla tartani, hogy az idő közben peressęvel megh békéllyék: Ha peniglen az idő közben meg nem békéllendik: tehát az Biró tartozik az pőres kezében adni: kit az pőres mind addig nálla tarthat, migh mind magának, s-mind Biráiának eleget tészen, az megh mondot száz forintról, és az pőrest mig az ő káráról megh nem elégiti. Ezenközben azért szemèllyében meg nem büntetheti, és meg sem bánthattya. Hanem ugy kel tartani mint eggyik háza népét, az fogoly-is tartozik szolgálni az Felperesnek mint szintén háza népei közzül egygyik.

DE

AZ SZÉK TÖRES birſágáról: Es az kiſſebbik ſententia terhének megfizetéſéről.

LXIX. TITVLVS.

MI-ért hogy penigien, az Szék-törést-is száz forintal fizetik meg: annak-okáért az birſágnak haſonlatoſſágaért, az Szék-törést-is, az kiſſeb ſententiák közöttiben számlállyák. Mind az által ſokan vóltak illyen vélekedésben-is, hogy mind az Király ő Felſége, és egyéb Vármegyék ſék törését (mely valami éktelen, és valaki tiſztéſſége ellen való ſóért ſokot az ſék ſinin eſni) mind penigien az kiſſeb ſententiának birſágát (mely huſon öt nehéz Gira ezűſtre ſokot menni) csak huſonöt forintal fizethetik meg ez okon: Mert ugy-mond az Király tabláján-is, mikor ſékből ki ment birſágot fizetnek, minden Girát csak egy egy forintal vagy száz pénzel ſokták le ten-

DE POENA VIOLAtionis Sedis judiciariæ: Et de ſolutione oneris minoris ſententiæ.

TITVLVS LXIX.

QVIA verò violatio quoq; ſedis judiciariæ centum florenis compenſatur: ideò ſub hac minori ſententia, ob ſimilem ejus pœnam compræhenditur. Attamen nonnulli putavêre, tàm onus ipſius violationis ſedis judiciariæ Regiæ Majeſtatis, & comitum parochialium quorumlibet comitatuum, (quæ propter illicita verba, in ſede prolata vel dehoneſtationem in ſede ipſa exiſtentium, committi ſolet) quàm etiam hujus minoris ſententiæ, (quod viginti quinq; Marcis argenti, gravi ponderis computatur) ſoluñodo viginti quinq; florenis deponi & abſolvi poſſe: ex eo quod in ſede judiciaria Regiæ Majeſtatis, dùm Birſagia & judiciorum gravamina ſolvuntur ſingulã ſeu unamquamque Marcarum, ad unum duntaxat florenũ vel centum denarios præ-

pręsentis monetæ taxare, & sic deponere consueverunt: prout inferius ubi de judiciorum solutionibus tractabitur, clarius dicetur. Opinio tamen ista tenenda nõ est. Nam oneris hujusmodi sententiarum depositio, & Birsagiorum ac judiciorum solutio, longè inter se differt, diversoque modo & fine
Par. 2. T. 86 clauditur: sicuti paulò inferius (ut præmisi) declarabitur.

Brevissimè igitur sciendum, Quòd sive in sede judiciaria Regię Majestatis, sive tempore executionis, vel post executionẽ harum minorum sententiarum, si quis litigantium onera eorum deponere & persolvere voluerit: non aliter nisi centum florenis deponere expedireq; valebit. Verumtamen, si pecunijs paratis caruerit: etiam solutione rerum mobilium (juxta tamen verum valorem earundem rerum) deponendi habet potestatem. Secus tamen est de violatione sedis judiciariæ Regiæ Majestatis. Quia convictus de sede ipsa interim non emittitur, donec super violatione hujusmodi satisfecerit effectivè.

CA-

le tenni, és meg fizetni: az mint ide aláb erről, az birságok meg fizetése felől bősęgesben szöllünk. De effelől külömbet érclünk. Mert effęle sententia meg fizetése sockal külömb, hogy sem mint az törvényből ki ment birságnak meg fizetése, és külömb rendi és módgya vagyon,, az mint erről ez után szöllunk.

Rövideden ezokáért azt vegyük eszünkben, hogy akar az Király ő Felsęge tábláján, akar mikor az sententiával igaz tételre mennek, vagy az után is ha affele kisseb sententiának terhét le akaria tenni: száz forintnak alatta megh nem menekedik. Igaz azért, ha kész pénze nem lészen: ingó bingó marhával-is (az ő igaz árra szerént) meg fizetheti. De külömb azért, az Király ő Felsęge tábláján való szék törés: mert onnét addig az embert ki nem eresztik, mig valóban ugyan ott az széktörést le nem tészi, és vóltaképpen meg nem fizeti.

MI

MI LEGYEN AZ Patvar, és hány képpen essék meg: Es annak Birságáról.

LXX. TITVLVS.

IOL-lehet az Patvarnak dolga főben járó bűntetésre nem megyen: de miért hogy valami módon az fő vétséghez igen hasonló, ezokáért az Patvar-is mi legyen, ebben az kissebb sententiának rendiben, akarok rövideden felőle szóllani. Holottanulnyuk megh, hogy az Patvar ez, mikor valaki valamely pőrt, két sin alat, és külömb külömb formán csalárdúl kezd, más ember ellen: Mely Patvar noha sok fele pőrekben és igyekben, az pőrösseknek álnok és csalárd indulatyokból származik: néha peniglen az Ország törvénnyének meg nem tartásából következik: De kiválképpen három okokért szokot megh lenni: az mint immár megh-is kezdek ielenteni.

ELŐSZŐR, mikor valaki azon egy pőrt, két sinen, avagy két úton kezd, követ és forgat. Mert ha valaki, valamely iószágot keresetiben zálagosnak-is mond, és őröckes iószágnak-is mond-

CALVMNIA QVID SIT, & quot modis committatur: Et de ejusdem pœna.

TITVLVS LXX.

QVanquam factum, vel causa calumniæ, ad pœnam capitis non tendat: quia tamẽ emendam capitis quodam modo tangere dinoscitur, ideò de ipsa calumnia in hac sententiarum serie paucis tractandum competit. Vbi sciendũ, quòd calumnia est litis cõtra quẽpiam duplici sub colore vel diverso tramite fraudulenta motio atq; suscitatio: quæ licet plurib⁹ in causis atq; casibus, ex dolosa litigantiũ machinatione interdum etiam ex pœna, in generali constitutione declarata, committatur: tribus tamen præcipuè modis comitti solet, de quibus etiam definitio prænotata posita est.

PRIMO, dùm quis unam & eandem rem vel actionem duplici sub colore aut duplici via sequitur. Si enim quispiam litigantium possessionẽ unam titulo pignoris, vel etiã jure perpetuitatis quærit:

duplex color dicitur. Si verò unā & eandem rem, ſub uno & eodem titulo, coram tamen duobus vel diverſis judicibus proſecutus fuerit: duplex via nominatur.

SECVNdo verò, quando quiſpiam alterum ſuper jure quartalitio vel Dotalitio aut impignoratitio, vel alio etiam quovis negotio expeditum & abſolutum reddit atq; committit: & tandem ratione ejuſdē negotij ipſum abſolutum, aut ejuſdem hæredes & ſucceſſores, rurſus in litem attraheret: vel forſitan eo decedente, filij aut alij legitimi ſui ſucceſſores attrahunt: mox ubi ſuper ea probabile ſufficienſq; documentum produci poterit: talis calumniępœnā incurrit.

TERTIO autem, quando una cauſa proceſſu juris terminatur, & ſecundariò abſq; gratia Principis, & collatione novi judicij iterū reſuſcitatur: tunc factum calumniæ ſtatim committitur. Cujus vigore Principalis cauſa, hoc eſt res illa, quæ proſequebatur, ſive ſit caſtrū vel oppidum, aut aliud jus poſſeſſionarium, ſive pecuniarum ſumma,

mondgya: két ßinnek mondatik. Ha penig azon egy dolgot, egy úton és egy folyásban, két Biró előt, avagy külön külön Biró előt, követi: két útnak neveztetik.

MASODSZOR, mikor valaki valamely embert, akar leány negyed, akar iegy-ruha felől, avagy zálagos ióßág felől, avagy akar mi dolog felől, megh elégedvén, mentſęgeſſę és ßabadoſſá hadgya: és annak utánna, ugy an azon dologért azt, az ki immár egyßer meg menekedet, avagy az ő gyermekit, avagy maradékit, iſmeg törvényben fogia: avagy annak halála után, gyermeki és törvény-ßerént való maradéki réá hinák: Mihelt az el igazitáſról bizonyos és elégedendő bizonyſágot állathatnak elő: az ollyan Patvarnak büntetéſęben eſik.

HARMADSZOR, mikor valamely pőrben, végſő törvént mondnak, és máſod úttal azon pőrt valaki megh indittyák, az Feiedelem kegyelméből adatot uy itilet nélkül: ackor-is az Patvar ottan meg eſik: Mely miatt az derék dolog, az kit kereſtek, akar Vár legyen, akar Város, avagy egyéb ióßág, akar ſomma pénz, akar iegy-ruha, akar leány

tány negyed, öröcké el veß: Es annak felette affęle Patvaros, az más fęlnek Dijan két ßáz forinton marad, kinek két rêße az Biróé, harmad rêße az Alperes fęle.

ma, sive Dotalitium aut Quartalitium, in perpetuum amittitur eo facto: Et insuper calumniator ille in quinquaginta Marcis homagialibus, ducentos florenos auri facientibus, in duabus judici, in tertia verò parti in causam attracto, solvendis, convincitur & aggravatur, ipso pariter facto.

Par. 2. T. 34. Calumniæ etiam quartus modus recensetur.

AZ PATVARROL egy fö kérdés, mellyet iól eßünkben kel vennünk.

LXXI. TITVL9.

TOVABBA, ugyan ezen Patvar dolgában vegyünk eßünkben, hogy gyakorta az mi Feiedelmünk, valamely Várat, Várost, Mezö Várost, Falut, és egyéb-fęle ioßágot, mely öröckes-képpen ö Felsęgét illeti és nyilván: de más ember kezénél vagyon, vagy zálagban, vagy egyébként el kötve, ollyan idöben, valamellyiknek iámbor ßölgai közzül örökben adgya és aiándékozza: ki effęle ioßágnak Vraságában külömben nem iuthat, hanem

QVÆSTIO NOTABILIS & advertenda, super facto calumniæ.

TITVLVS LXXI.

ITEM, circa hanc materiam calumniæ advertendum est, quòd sępenumero contingit, Principem nostrum, castrum, civitatem, oppidum, villam, vel aliud hujusmodi jus possessionarium, cujus hæreditas & proprietas ad eum manifestè spectat & pertinet, præ manibus tamen alienis titulo pignoris aut alio inscriptionis genere, ad tempus illud habetur, alicui servitorum suorum, in perpetuum donare & conferre: qui dominium ejuscemodi juris possessionarij nõ

Part.II.T.27 aliter, nisi deposita, solutaq; illius inscriptionis pecuniarum summa pro se vendicare poterit. Ille verò præ cujus manibus tale jus possessionarium habetur, etiam legitimè admonitus, pecuniam suam non secus, nisi ad terminos octavales, causam, inde suscitandam, prorogando tollere & ferè coactus ad se levare consuevit: sicq; inter litigandum annualis revolutio creberrimè subsequi præterireq; solet.

Part. I. Tit. 4. §. 3. & Part. 2. T. 12 Certum est autem, quòd Donatio Regia, cuicunq; facta, infra ipsam anni unius integri revolutionem, statutione legitima roborari debet. Aliter enim viribus destituta manebit. Si itaq; actor, seu juris ipsius possessionarij impetrator, se in dominium ejusdem introduci, illudque infra dicti anni revolutionem pro se statui legitimè fecerit, nè Donatio sua viribus careat: & alio ex latere admonitionem quoq; juridicam, super tollenda prænotatæ pecuniæ summa, sive ante, sive post revolutionem ipsam annualem peregerit: mox unam & eandem rem atq; causam, duplici sub colore, dupliciq; via, ipsum actorem prosequi, in causam attractus allegabit.

nem ha az summát le téßi, melyben el vagyon kötve. Az iótság penig az ki kezében vagyon, még ha azt pénzével igaz úton meg kinállyák is, az dólgot törvényre halaßtya, ha fel kellé venni avagy nem, és azonközben, azt meg sórongattyák, az eßtendőis el forog, sőt elvis sokot múlni. Nyilván való dolog penig ez, hogy Királynak minden féle örök adományát, eßtendőnek forgássa alat, törvény szerént való iktatással kell meg erősíteni, és abban magát bé iktatni. Mert eßtendő múlva, az adománnak ereie nem lésen. Ha azért az, az kinek az Király az iótságot adta, hogy az adomány hellyén maradgyon eßtendőnek forgása alat, magát az iótságban bé iktatta, és más felől azon eßtendőben, vagy az után, azont törvényßerént, aval meg kínálta, hogy pénzét fel vegye: az Alperes erre mindgyárást azt kezdené mondani, hogy ugyan azon egy dólgot, két ßin alat, és két úton keresné,

Simile

Simile est de juribus possessionarijs, virtute alicujus contractus, & Regij consensus, in quempiam devolvendis: Quæ antequam successor ille legitimus in quem utpote jura ipsa possessionaria ritè sunt devoluta & redacta, manibus suis applicare posset, potens quispiam Dñorum, sæpe etiã inferioris conditionis hominum manu violenta illa pro se occupare temerariè́que vendicare crebrò solet. Et si successor ipse, vigore hujusmodi contractus, qui naturam vimq́; donationis conditionaliter sapit & habet, se in dominium talium bonorum & jurium possessionariorum introduci, eaq́; pro se, usq́; dictam annualem revolutionem statui fecerit: tunc contradictione, per occupatorem, vel alium quempiam facta, causa in longum protrahi serpereq́; consuevit: ita ut vix aliquando in unius ætate hominis finem debitum sortiri poterit. Quæ si etiam prius aut tunc finem sortita fuerit, de perceptis tamen, tempore medio, fructibus, nulla recompensa vel satisfactio actori

HASONLO dologhetik affele jószágban-is, melynek valami végezésből, avagy fiává, avagy attya-fiává való fogadás által, Király engedelméből, egyik személyről az másikra kel szállani: Mely jószágot, minek előtte az örökös kezéhez vehetné, némely értekes Vr, avagy gyakorta egyéb rendbéli emberis hatalmasúl sokot el foglalni. Es ha az örökes, az ő végezések szerént (kinek annyi ereie vagyon, mint az Király adományának) eßtendő alat ez illyen jószágban iktatná magát: tehát az hatalmas el foglaló, vagy egyéb valaki, az iktatást ellenzené, illyenképpen az pör annyira sokot nyúlni, hogy egy ember nyomig alig lésen vége. De ha az törvény végben megyen-is, mind az által az jószágnak ez üdő alat való haßna vételéről, az Felperest meg nem elégi-

impendetur: nullaetiam debitę ultionis pœna super actibus potentiarijs, hoc est violenta potentiariaq́; conservatione illorum juriũ possessionariorum, in causam attracto infligitur: eo quòd causa ipsa, non insinuatione mediante, sed per simplicem evocationem (quam nos longum litis processũ appellamus) inchoata fuisse dicetur: Licet quælibet causa, virtute alicujus contractus inchoata, eo pręcisè modo & ordine processuq́; terminari debeat, quo causa, prætextu bonorum per defectum seminis quorumcunq́; decentium, ad collationem Regię Majestatis derivatorum, finiri determinariq́; & concludi solet. Si verò causa per insinuationem, prętextu indebitę, violentæq́; occupationis jurium ipsorum possessionariorũ, per actorem mota suscitataq́; fuerit, (statutione quoq́; prænarrata super eisdem juribus possessionarijs prius, vel etiam post per acta) pari modo duplici sub colore calumnioseq́ue jura ejuscemodi possessionaria actorem quærere & prosequi, occupator ipse allegabit.

elégitik: sem az Alperest az el foglaláſęrt megh nem bűntetik, ez okon, miért hogy meg nem magyarazó hivatallal, hanem csak ſokot hivatallal hitta vólna réá, és ugy kezdette vólna pőrit, mely ſokot hivatalt, hoſſú pőr folyásnak mondunk. Noha effęle végezésből, és fiává, avagy attya-fiává való fogadásból, lőt pőrnek, ſintén ollyan rővid folyáſſal kellene véghez venni, mint ſintén affęle iőſág pőri, mely magva ſakattúl Királyra ſállot vólna. De ha az el foglaláſęrt ſintén magyarázó hivatallal, hiják réá-is, és ez mellet az Felperes, avagy előtte vagy utánna, az hivatalnak, az iőſágban iktatná magát, hasonlatos-képpen az Alperes azt kezdené mondani, hogy az Felperes, ez illyen iőſágot Patvarosúl két úton keresi.

EX præmissis igitur quæstio subinfertur, utrum prædeclaratæ causarum motiones, duplici via vel

Ez elő ſámlált dolgokból, egy kérdés támad: Ha ez illyen módon kezdettet pőr, Patvarban

ban eytiê az Felpereſt? Mely kérdéſre rövideden azt mondgyuk: hogy nem eyti. Mert az pör ollyan ember ellen vagyon, mely nem igaz úton biria az iöſſágot: ki mivel hogy abban az iöſſágban, igaz és törvény-ſerént valô Vraſſágát megh nem bizonyíthattya: Innêt az Felperes ellen az nem veheti: hogy ôtet abban az iöſſagban, két ſin alat avagy két úton, Patvaroſúl kereſné avagy haborgatná. Mert az az iöſſág nem ôtet, hanem az Felpereſt illette, és ô törvény ſzakattaig csak hatalmaſúl biria. Az Patvarról penig csak az ſólhat, ki az iöſſágot igaz úton és iô módgyával biria. Ha penig ezt vetné ellene, hogy az, az kinek az Király el kötte vôlt, és annak az kötéſnek ereiével biria, igaz úton és iô módgyával biria az iöſſágot. Vgy vagyon hogy valameddig az ô pénzével meg nem kinálják, iô módgyával biria: de az megh kinálás után, mivel-hogy külömb külömb fogáſockal, egyik octávárol az máſikra halaſztotta, és vontatta,

vel duplici colore factæ pœnam calumniæ afferant? ad quam quęſtiunculam breviter dicêdum eſt: quòd non. Quoniam contra malę fidei poſſeſſorem agitur: qui poſtquam non poterit juſtè, ſe bona & jura hujuſmodi poſſeſſionaria tenuiſſe poſſediſſeq; comprobare: ex hoc neq; poterit adverſus actorem opponere, malè ſe in juribus illis, duplici ipſo colore vel duplici via perturbatum fuiſſe. Quia jura illa non ſua, ſed actoris fuêre, quæ abſoluta ſolum modo potentia, ad exitum uſq; litis gubernavit. Poſſeſſor enim bonæ & non malæ fidei habet præmiſſa allegandi facultatem. Vbi autem objiceretur, quòd ille, qui virtute inſcriptionis Regiæ Majeſtatis ejuſmodi, talia bona poſsidet, bonæ fidei poſſeſſor eſſe cenſetur. Verùm eſt interea temporis quo ad levandam & tollendam pecuniã ſuam non admonetur: Poſtquam tamẽ admonitus legitimè fuerit, & pecuniæ ſuæ ſummam tollere recuſaverit: Sed frivolis & exquiſitis exceptionibus ad terminos octavales cauſam diſtu-

